Scd̄o dēm⁹ q̄rere deū diligent̄ et nō tepide: ſʒ cū magno amore ⁊ maḡ diligētia. ſi eni hō ita diligent̄ q̄reret deū ſicut dragmā ꝑditā ſine dubio inueniret eū. Deut. iiij. Si q̄ſier̄ dn̄m deū tuū ex toto corde inuenies eū. Luce. xv. Que mlier habēs dragmas decē ⁊c. Si g̃ mlier tā diligēter q̄rit dragmā vnā cū tñ adhuc h̄eat nouē. quō tūc nos q̄ tm̄ habem⁹ vnū ſolū deum ſi eū dēꝑdim⁹ cū magna diligētia q̄rere dēmus. q̄ etiā ꝓmittit ſe inueniendū. Mat. vij. Querite ⁊ iuenietꝫ. oiſ eni q̄ q̄rit. ſ. me diligenter iueniet me.

Tercio debem⁹ eū q̄rere pſeuerāter id ē oi tpe. Un̄ ps. Querite faciē eius ſp. q2 ſp indigem⁹: g̃ ſp q̄rere debem⁹. Sed mlti ſunt q̄ nolūt deū q̄rere i ꝓſpitate ſʒ tm̄ in adūſitate. ⁊ ꝓ tāto immittit eis ſepe tribulatōes ⁊ aduerſitates ⁊ ifirmitates ⁊ hmōi. vt q̄ eū i ꝓſpitate q̄rere nolebāt ſaltē ꝯpulſi neceſſitate q̄rāt eū. Iſtud figuratū eſt i Joab q̄ Abſalon q̄rere nolebat niſi p̄us ſuccēderet eius ſegetes. Nota hyſtoriā. ij. Re. xiiij. Et fili⁹ ꝓdig⁹ noluit redire ad prēm niſi cogente iopia. vt h̄r Lu. xv. c. vn̄ Iſa. xxi. Veīt mane et nox. ſi queritis q̄rite ꝯūtimini ⁊ venite. q. d. ſi vultis q̄rere q̄rite. nō ſolū in nocte adūſitatis ſʒ etiā mane. i. i diebꝫ ꝓſpitatis. Scd̄o videndū ē tps q̄n q̄rēdus eſt dn̄s. mlti q̄runt et nō inueniūt: q2 nō q̄rūt tpe ꝯgruo ⁊ debito. Tēpus ꝯgruū ⁊ debitū ē vita p̄ſens. q̄cūqʒ in hac vita q̄rit dn̄m inueniet eū. i futura fruſtra q̄rit q2 n̄ inueniet. Un̄ Iſa. lv. Querite dn̄ʒ duʒ iueniri pt̄. i. dū viuis i hac vita. quia p⁹ hanc vitā iueniri nō pt̄. Un̄ Chriſo. Cū thalam⁹ fuerit clauſus ⁊ itrauerit rex videre diſcūbētes. tūc mal' erit deſpatio. q2 ampli⁹ nō ē loc⁹ vl' tps inueniēdi graꝫ. Un̄ apl's. ij. Chor. vj. Ecce nūc tps acceptabile. ecce nūc di

es ſalutis. q̄ꝛ nũc ẽ tp̄s iueniẽdi miſi/
cordiã. Lu. xiij. Cõtẽdite itrare ꝑ an/
guſtam poꝛtã. dico eni vob̄ ꝙ mlti q̄/
runt itrare ⁊ nõ poterũt. ſicſ fatue ꝟgi/
neſ: q̄bꝫ dꝛ. Amẽ dico vob̄ neſcio voſ.
q. d. nõ intromittã vos mõ: qꝛ nõ in
tromiſiſtis me cũ ad oſtiũ vr̃m pulſa
rẽ. Modo ſtat dñs ad oſtiũ noſtꝝ et
pulſat. nõ opꝫ eũ lõge q̄rere. Apoca.
iij. Ego ſto ad oſtiũ ⁊ pulſo. Apı ḡ ei
cito vt ñ declıet a te. ſi recedet nõ pote
ris eum inuenire. Cum ſponſa dicit
Cantic̄. v. Uox pulſantꝫ dilecti mei.
aperi mihi ſoroꝛ mea: amica mea. ſpo
liaui me tunica mea ⁊ non eram para
ta. ⁊ paulo poſt. ſurrexi vt apirem dile
cto meo: ⁊ ille declinauerat atq̃ꝫ tran/
ſierat. q̄ſiui illũ ⁊ ñ iueni. vocaui ⁊ nõ
rñdit mihi. Nec mirũ. Ad oſtiũ eniꝫ
tuũ pulſauerat ⁊ tu noluiſti apire ei.

Tercio dẽmꝰ attẽdere locũ. mlti ei
q̄rũt dñm ⁊ nõ inueniũt. qꝛ nõ q̄runt
eũ i loco vbi ẽ q̄rẽdꝰ. Tria aũt genera
hoim nõ inueniũt eũ. ſ. auari: ſupbi:
⁊ luxurioſi. Uñ dꝛ Job. xxviij. Ubi i
uenit̄ ſapia. ſ. increata. ⁊ vbi ẽ locꝰ in/
telligẽtie eiꝰ. Mare dicit. nõ eſt i me.
Abyſſus loq̄t̄. nõ ẽ mecũ. nõ iuenit̄ i
terra ſuauit̄ viuẽtiũ Sapia. ſ. icreata
id ẽ deꝰ nõ inuenit̄ i mari. Mare faci/
lit̄ tumet ⁊ aſcẽdit. ⁊ ſignificat ſupbos
q̄ ſe extollũt in coꝛdibꝫ. i illis ñ iuenit̄
dñs qꝛ cũ talibꝫ libẽter hoſpitat̄ dia
bolus. Per abyſſum ſignificat̄ auari
cia. q̄ ẽ ſine baſe. i. fundamẽto. qꝛ aua
rus nõ iplebit̄ pecunia. ⁊ i talibꝫ nõ i/
uenit̄ dñs. Nec etiã inuẽit̄ i terra ſua
uiter viuẽtiũ. i. i coꝛdibꝫ luxurioſoꝝ q̄
viuũt ſ̄m coꝛdis ſui deſideria. Uñ dꝛ
Cãti. iij. c. In lectulo meo q̄ſiui queꝫ
diligit aiame[…]deũ. quẽ merito di
ligere deberẽ. ⁊ no[…]ni. ſ. i lecto volup
tatis. ſꝫ iuenit̄ i pſep[…]pãnis vilibꝫ i
uolutus. Lu. ij. Inue[…]tꝫ infantẽ pã
nis ⁊c̄. In q̄ notat̄ hũili[…]s: qꝛ i coꝛdi
bus hũiliũ inuenit̄ dñs. Inuenit̄ etiã
in tẽplo. nã mr̄ eiꝰ maria ⁊ ioſeph iue
nerũt eũ i tẽplo. Per tẽplũ q̄d domuſ
oꝛõis dicit̄ ſignificat̄ ꝙ deꝰ inuenit̄ i de
uotõe oꝛõis ꝑ interna dulcedinẽ. vñ
Hugo in ꝑſona aıe. Quid ẽ illđ dul/
ce q̄d in recoꝛdatõe dei aliq̄ñ me tãge
re ſolet. ⁊ tã vehemẽter tãq̃ꝫ ſuauit̄ af/
ficere ſolet: vt iã tota a meip̄a alıener
⁊ neſcio q̄ abſtrahi incipiã. ſ̄bito ei in
nouoꝛ ⁊ bñ mihi eſſe incipit vltra q̄ꝫ
dicere ſufficiã. Nunq̄d ille ẽ dilectus
meꝰ. q̄ſo dic mihi vt ſi denuo venerit
obſecrem eũ ne recedat ſed ſp̄ mecũ ꝑ
maneat. Et rñdet Hugo. Uere ẽ dile
ctus tuꝰ q̄ viſitauit te. venit nõ vt to
tũ ſe infundat ſꝫ vt guſtãdũ ſe p̄beat.
⁊ vt ad affectũ trahat. ⁊ in fu[…]uro ſ[…]ti
bi ip̄petuũ dabit poſſidendũ

## Dñica poſt octauas epiphanie.
## Sermo xxxi.

c **Antate dño** id ẽ cãticis laudate dñm qꝛ
mirabilia fecit. annũciate h̄
i vniũſa t̄ra. Iſa. xij. c. Uerba ꝓpoſi
ta ſunt ſc̄pta i ep̄la hodierna. In q̄bꝫ
facit ꝓpha duo. Pr̄io hortat̄ noſ ad
laudãdũ deũ ꝓpt̄ mirabilia q̄ ꝓpt̄ no
ſtrã ſalutẽ opatus ẽ dicẽs. Cãtate do/
mino qꝛ mirabilia fecit. Sc̄d̄o hor/
tat̄ nos ad p̄dicandũ ſiue annũciãdũ
ꝑplis mirabilia eiꝰ. Uñ ſ̄bdit. annũ/
ciate h̄. Quapꝛopt̄ ad laudẽ ⁊ hono/

rem dei intẽdo vob[illegible] nuq̄ de mirabilibꝫ
eiꝰ p̄dicare. ſed [illegible] auxiliũ eiꝰ iplore
mus ꝛc. S[illegible]dũ mirabilia dei no/
bis exhibita [illegible]nt īfinita int̄ q̄ ſꝫ duo
q̄ ſup oīa ſunt mirabiliſſima. Primũ
ē dei īcarnatio. Scdm̄ ē corpis eiꝰ cō/
ſecratio. Circa p̄mũ nota ꝙ īcarna/
tio dei fuit mirabilis ꝓpt̄ duo. Prio
qꝛ mirabilibꝫ ſignis anteq̄ꝫ fieret fuit
p̄figurata. Scdo fuit mirabilibꝫ ſig/
nis manifeſtata. Circa p̄mũ nota ꝙ
incarnatio xp̄i fuit mirabilibꝫ ſignis
longo tp̄e ante p̄figurata. Prio p virgā
q̄ floruit ſb aaron. Scdo p velluſ
qd̄ maduit ſb gedeon. Tercio p por/
tam quā vidit Ezechiel. Quarto per
montē quez expoſuit daniel. De p̄mo
ſcꝫ v̄ga aaron legit̄ Nũe. xvj. vbi d̄r.
ꝙ Chore Dathan ⁊ abyron ꝯtēdērt
ꝓ ep̄atu ꝯ aaron. idcirco cũ ducētiſ q̄n
q̄gīnta ꝯplicibꝫ ſuis pierunt. et terra
apta ē ſb pedibꝫ dathan ⁊ abyron. et
deglutiuit eos. tũc iratꝰ pplus voluit
moyſen ⁊ aaron lapidare. vēit ignis
de celo ⁊ ꝯbuſſit de pplo ſuo q̄ttuordecim
milia. ſꝫ aaron arripiēs thuribulũ
cucurrit int̄ viuoſ ⁊ mortuos ⁊ ſtāſ
ꝓ pplo deprecatus ē ⁊ plaga ceſſauit.
Tũc moyſes accepit v̄gas duodecim
⁊ ſcripſit in eas duodecī noīa rogans
dn̄m vt daret eis ſignũ vt ſcirēt quez
vellet hr̄e in ep̄m. Eadē nocte v̄ga aa
ron in q̄ erat nomē eiꝰ ſcp̄tũ floruit et
amigdala tulit. Per iſtd̄ icarnatio d̄i
ē p̄figurata. p virgā aaron q̄ ſola int̄
oms floruit ſignificat̄ maria quā dn̄ſ
ſolā inter oēs virgines in mr̄ez elegit.
p hoc ꝙ ꝯ natura floruit ſignificat̄ ꝙ
maria ꝯ ꝯmunez curſum nature ſine
viro ꝯcepit. p h̄ ꝙ amigdala tulit qd̄
cibꝫ dulcis ē ſignificat̄ ꝙ maria ꝓtulit
nobis celeſtē cibũ. ſ. chriſtũ q̄ nr̄ cibꝫ
factus ē dulciſſimꝰ. Joh. vi. Ego ſuꝫ
panis viuus qui de celo deſcendi. Si
quis manducauerit ex h̄ pane viuet
in eternũ ꝛc. De ſecũdo ſigno. ſ. vel
lere gedeonis legit̄ Judicũ. vi. Gede
on fuit iudex et dux ſup filios iſrl̄. qui
cum deberet pugnare ꝯ q̄ttuor reges. ſ.
Oreb Zeb Zebee ⁊ ſalmana. dixit
ad dn̄m. Si ſaluũ facies p manũ me
am populũ iſrael ſicut locutus es po/
nā vellus hoc lane in terrā. ſi ros i ſo
lo vellere fuerit ⁊ in omni terra ſiccitaſ
ſciam ꝙ p manũ meā ſicut locutꝰ es li
berabis pplm̄ iſrael. factũq̄ꝫ ē ita. Per
iſtud ſignificat̄ incarnatio dei. ſic̄ eniꝫ
ros repleuit totũ vellꝰ ſolũ: ⁊ tota ter
ra ſicca p̄manſit. ſic Maria v̄go ſola
in toto mũdo replet̄ rore celeſti. id eſt
filio dei. ⁊ ſicut vellus cepit rorē ſine de
trimento: ſic maria filiũ dei. Vñ pſal.
Deſcendit ſicut pluuia in vellꝰ. De
tercio ſigno ſcilꝫ porta ezechiel̄ nota.
Cũ ezechiel eſſet ī captiuitate babilo
nis ⁊ cogitaret de tēplo qd̄ fuit hieroſo
lymis ⁊ diſpoſitōne eius. tũc oſtendit
ei dn̄s ſpũale templũ qd̄ erat fere per
omnia ſil̄e tēplo ſalomōis. in q̄ tēplo
cũ vidiſſet multa mirabilia: int̄ cete/
ra vidit vnā portā clauſam. ⁊ dictum
eſt ei ab angelo. Hec porta clauſa erit
⁊ vir nō trāſibit p eam. et erit clauſa ī
ſempiternũ. Per h̄ etiā ſignificat̄ icar
natio chriſti. qꝛ ſicut dn̄s trāſiuit per
portā clauſam. ita chriſtus natus eſt
de maria virgine: ipſa in partu virgo
permanente. Non eſſet mirum ſi ho
mo tranſiret per portam apertam. ſed
ſi tranſiret per clauſam portam hoc

eſſet valde mirabile. Tal' ē differētia inter mlierē pgnātē ⁊ btām v̾ginē mariā. Sic ei lumē ſolis trāſit p vitreā fenestrā ⁊ clauſam ſine ei⁹ fractōne. ſic xp̄s nat⁹ ē de maria v̾gine ip̄a icorrupta pmanente. De q̄rto ſigno .ſ. mōte daniel' legit Dañ. ij. c. Nabuchodonoſor rex babylōis vidit ſomniū horribile. ⁊ pterrit⁹ de viſiōe euigilauit: et oblit⁹ q̄d viderat. Cōuocat̄ oib⁹ magis ſuis ↄminabat̄ eis mortē ſi ñ dicerēt ei ſomniū ⁊ interp̄tatōnem ei⁹. q̄ dixerūt. Nō ē ſb celo q̄ poſſet h̄ facere. ſꝫ dic nob̄ ſomniū ⁊ dicem⁹ tibi interp̄tatōem. Tūc p̄cepit rex oēs ſapiētes interfici. Et ingreſſus ē daniel qui erat ibi captiuus. rogauit īducias p vnā noctē a rege. Et nocte cū eēt ī oratōib⁹ reuelatū ē ei myſteriū. ⁊ igreſſus ad regem ait. Tu videbas corā te ſtatuā ḡndē. i. imaginē. cui⁹ caput ⁊ collum erāt de auro: pectus ⁊ brachia ex argēto. vēter ⁊ femora ex ere. tibie aūt ferree. pedū q̄dā ps ferrea. q̄dā ps fictilis. i. terrea. Poſt hec videbas mōteꝫ magnū. de q̄ mōte lapis abſciſus ē ſine manib⁹. lapis ille pcuſſit ſtatuā in pedib⁹ ⁊ ↄtriuit eā. Per iſtd̄ iteꝝ ſignificat̄ īcarnatio xp̄i. Per imaginem quā vidit rex ſignificat̄ p̄ſens ſeculuꝫ. In imagie illa erat triplex mat̄ia Prima p̄cioſiſſima. ſ. auꝝ ⁊ argentū. Secūda fortiſſima. ſ. es et ferruꝫ. Tercia viliſſima. ſ. lutū. Per iſtā triplicē materiā ſignificant̄ tria que erāt ī mūdo. Per p̄cioſum. ſ. auꝝ et argentū ſignificat̄ auaricia. Per fortē materiā ſignificat̄ ſupbia. Per vilē. ſ. lutū ſignificatur luxuria. Iſta tria ſunt q̄b⁹ tot⁹ mūdus repletus ē. Vñ dr̄. i. Joh. ij. Oē qd̄ eſt in mūdo a͞t eſt ↄcupiſcia carniſ aut ocloꝝ: aut ſupb[ia] vite. Sic pꝫ de ſtatua. Poſt hec abſ[ciſ]ſus eſt lapis ſine manib⁹. i. chriſt⁹ na[t]⁹ eſt de maria virgine ſine viro. ⁊ lapis ille deſtruxit imaginē illā. i. mūdi vanitatē p doctrinam ⁊ exēpla. In h̄ q̄ factus ē puer deſtruxit ſupbiā. In h̄ q̄ factus ē paup deſtruxit auariciā. In h̄ q̄ de v̾gie naſci voluit deſtruxit luxuriā. Vñ in nocte natiuitatis oēs ſodomite p totū mūdū mortui ſunt. Circa ſcd̄m nota q̄ natiuitas ſua māifeſtata fuit q̄ttuor mirabilib⁹ ſignis. Primū ī vineis engaddi q̄ balſamū pferūt. q̄ ī eadē nocte cū xp̄s nat⁹ ē floruerūt ⁊ fructū ptulerūt ⁊ liq̄rē dederūt. Per h̄ q̄ floruerūt ſignificat̄ q̄ ille nat⁹ eſſet quē Iſaias ↄ naturā d̾ btā v̾gine pphauerat naſciturū. Per h̄ q̄ liq̄rē balſami dederunt ſignificat̄ q̄ ille nat⁹ eſſꝫ q̄ p v̾gā aaron florētē fuerat p̄figuratus. Per h̄ q̄ fructū ↄ naturā ptulerūt ſignificat̄ q̄ ille natus eſſet qui balſamo ſanguinis ſui mūdū de et̾na morte eēt redēpturus. Scd̄m ſignū fuit ī templo pacis qd̄ rome corruit. q̄r tpe illo qñ xp̄s naſci voluit p totū mūdū pax fuit. de q̄ mltū gauiſi romani tēplum pacis ↄſtruxerūt pulcerrimū. ⁊ poſuerūt in illd̄ imaginē romuli q̄ p̄mo romā ↄſtruxerat. et q̄ſierūt ab ydolo appollinis q̄ꝫdiu tēplū iſtd̄ ſtare poſſet. Qui rñdit Quouſqꝫ v̾go pareret At illi dixerūt. ḡ ineт̾nū ſtabit. īpoſſibile eni putabāt q̄ v̾go pareret. ⁊ id̄ ſcp̄ſerunt ſup oſtiū tēpli. Templū pac̄ in eternū. Sed in illa nocte q̄ v̾go pepit templū corruit. ſic v̾ginē pepiſſe nūciauit. Terciū ſignuꝫ fuit qd̄ ſibilla

ōndit imꝑatori. Cū eñ octauianꝰ auguſtꝰ ꝑ totū mūdū fecíſſʒ pacē volebāt romāi eū ꝑ deo colere. tūc iꝑator q̄ſiuit ab illa ꝓphetiſſa ſi eēt aliq̄s maior eo aliq̄n naſcituꝛ. At illa ī die natiuitatis dñi ōndit ei circulū aureum circa ſolē. ⁊ i medio circli virginē pulcerrimā pueꝝ ī brachio tenentē. ⁊ dixit ſibilla ceſari. Hic puer maior te erit. Tūc rex ꝑcepit ne deꝰ ceſo deꝰ vocaret. Quartū ſignū ē ſicut dic̄ Chriſo. Cū tres magi ī oriēte eēnt ī q̄dam monte ⁊ orarent vt ſtella de q̄ ꝓpheta uerat Balaam eiſ ōnderet. apparuit q̄dā ſtella ī aere. in q̄ apparuit forma pulcerrimi pueri. q̄ puer habuit ī capite crucē ſplēdidā. ⁊ audierūt vocem dicētē. Jte velocit̄ in iudeā. ibi inuenietis nouū regē iudeoꝝ natū. Qui ſtatim ꝑgentes tredecimo die venerunt in hierlm dicētes. Ubi ē q̄ natus ē rex iudeorū. Uidimꝰ enim ſtellā ⁊c. De iſto require ī epiphania dñi.

### extualis expoſitio

v

# Enit ieſuſ ad

iohem a galilea ī iordanē vt baptizaret̄ ab eo. Chriſ. Nō qꝛ ipe remiſſiōem pctōꝝ reciperet ꝑ baptiſmū ſʒ vt ſctificatas aq̄s relinq̄ret ꝑ modū baptizādi. Aug. Jō baptizari voluit qꝛ voluit facere qđ aliis baptizandis imꝑabat faciēdū. Hiero. Jō aūt baptizari voluit ī baptiſmate ſuo vt baptiſma ꝯfirmaret. Johes āt ꝓhibuit eū ꝑ hūilitatē dicēs. Ego debeo a te baptizari ⁊ tu vēis ad me. Reſpōdēs ihs dixit ei. Sine mō. i. ꝑmitte ipleri id ad qđ veni. ſic eñ decʒ nos id ē me ⁊ te iplere omnē iuſticiā. i. ꝑfectam hūilitatē. tūc dimiſit eū. i. aſſenſum ꝑbuit vt baptizaret eū. baptizatus aūt ihs ꝯfeſtim aſcēdit de aq. Rabanus. Quia ĝ nob dñs ſui corꝑis ītinctu baptiſmi lauacrū dedicauit. vt nob poſt acceptū baptiſma celi aditū patere ⁊ ſpm̄ ſctm̄ dari demonſtraret. Uñ ſeq̄t̄. Et apti ſunt celi ⁊ vidit ſpm̄ ſctm̄ ſic colūbā deſcēdentē ⁊ veniētē ſupra ſe. Et ecce vox đ celo dicēs. Hic ē filꝰ meꝰ dilectꝰ ī q̄ mihi bñ ꝯplacui. id ē placitū meū ꝯſtitui vt ꝑ eū placitū implerē. i. hoiēʒ liberarē. ipʒ audite

## De eodem Sermo xxxiij.

ſ

# Jc noſ decʒ

implere omnē iuſticiā. Mathei. iij. glo. i. ꝑfectā hūilitatem. Sup iſto ꝟbo dicit glo. qꝛ triplex eſt hūilitas. ſ. ſufficiēs. abūdās ⁊ ſupabūdans. Hūilitas ſufficiēs ē ſbdere ſe maiori ⁊ nō ꝑferre ſe eq̄li. Abūdās eſt ſbdere ſe eq̄li ⁊ nō ꝑferre ſe minori. Supabūdās ē ſbdere ſe miori. Hāc habuit xps qñ ſbdidit ſe iohi ī baptiſmo. Jn h̄ euāgelio hortat̄ nos exemplo ſuo dominus ad ꝑfectā hūilitatē q̄ maxime ē nob neceſſaria ad ſalutē. qꝛ đꝛ Lu. xiiij. Ois q̄ ſe hūiliat ī h̄ ſeclo exaltabit̄ ī futuro ⁊ ecōtra. Sciendū aūt qꝛ mlta ſunt q̄ pñt nos ad hūilitatē ꝓuocare. Primū eſt exēplū hūilitatis xpi. Uñ Augꝰ. Hūiliauit ſe xps ꝓnceps tuus ⁊ tu ſupbiſ. caput hūile aſſit. mēbꝝ ſupbū abſit. Unde Ber. Intolerabil̄ prudētie ē vt vbi ſe maieſtatis dñs exinaniuit infleť vermiculꝰ ⁊ tumeſcat. Fuit aūt xps hūil̄

in ingreſſu ⁊ egreſſu. Uñ Aug. O q̄n
ta hūilitas xpi. hūiliauit ſe vſq₃ ad i/
carnatōem. vſq₃ ad mortalitat; hūa/
ne ꝑticipatōz. vſq₃ ad diaboli tēptati
onē. vſq₃ ad ppli deriſiōz. vſq₃ ad ſpu
ta. ad vīcula alapaſ ⁊ flagella. vſq₃ ad
mortē. Et ſi nimiſ paꝝ ē d genere mor
tis aliq̄d ē addēdū. mortē āt ñ quāli/
bet ſ₃ crucis q̄ ignominioſior eſt. Ecce
habeſ hūilitat; exēplū: ſupbie medica
mentū. Quid ḡ itumeſc; o hō. o pelliſ
morticina q̄ tēdis. o fomes fetida q̄d
iflaris. Uñ Ber. Quid magis admi
randū. q̄d mag; deteſtādū. q̄d graui⁹
puniēdū q₃ ꝙ vides dei filiū i reḡ celo/
rū ſummū nouiſſimū factū i r̄gno ho
minū. apponat adhuc hō ſe magnifi
care ſup t̄rā. Aug. Medicina tumo/
ris eſt hūilitas ſaluatoris. Erubeſcat
hō eſſe ſupbꝰ ꝑ q̄ hūilis fact⁹ eſt deus
De hūilitate xpi rq̄re d natitate xpi i
ſmōe. Paruulus nat⁹ ē nob ⁊ fili⁹ da
tus ē nob ⁊c. vt ſup̄. Scd̄o pt nos
ad hūilitatē ꝓuocare ꝯſideratio ꝓp̄e
fragilitatis. Ber. Ad exercitiū hūili/
tatis ꝓdeſt aſſidua mēoria ꝓp̄e fragi
litatis. Aug. Hūilitas ē ex ītuitu pro
prie ꝯditōis ⁊ ſui ꝯditoris volūtaria
mentis iclinatio. vt dicit Ber. Uide
o hō vnde veneris ⁊ erubeſce. vbi ſis
⁊ igemiſce. q̄ vadis ⁊ ꝯtremiſce. Itē at
tende q̄d fuiſti añ ortū. ⁊ q̄d es ab or/
tu vſq₃ ad occaſum. ⁊ q̄d eris p⁹ hanc
vitā. ꝑfecto eni ſcis ꝙ nō eras: poſtea
de vili materia es fact⁹. mēſtruali ſan/
guine nutritus. viliſſimo pāno iuolu
tus. Attēde ad quē finē tēdas. cinis
es ⁊ i cinerē ibis. Qd̄ attēdēs abraa₃
dixit Geñ. xviij. Loq̄r ad dñm meū
cū ſim cinis ⁊ puluis. Jō iponit nob

cinis vt attēdam⁹ finē noſtꝝ ⁊ fragili/
tatē n̄ram vt hūiliemur. Uñ Berñ.
ad Eugeniū papā. Salubr; copula
eſt vt cogitās te ſummū pōtificē atten
das pariter te viliſſimū cinerē ñ fuiſſe
ſed eſſe. Legit̄ de rege Criſcaſe i ſpecl̄o
hyſto. Cū videret corā ſe exercitū inu
merabilē attendēs ꝙ tot⁹ ille exercit⁹
infra centū ānos ꝯūtēd⁹ eēt i puluerē
vilē dixit. Regē tāti ⁊ tā magni exerci
tus me vocāt hoies. ego ꝟo me fateor
eſſe vilē regē ſup viliſſimū puluerem.
Uñ Ber. O hō attēde q̄s te fecit. d q̄
te fecit. q̄lē te fecit. De⁹ ē q̄ te fecit vt eū
timeas. De t̄ra fecit te vt ñ ſupbias.
⁊ ad imaginē ſuā te fecit vt eū diligas
Ad q̄d eni fecit te niſi vt ad finē debi/
tū tendas. et̄na q̄ras ⁊ caduca ſpnas
Pauo viſis pulcris pēnis ſupbit. ex/
tēdit caudā vt rotā. ſed viſis vilibꝰ pe
dibꝰ deponit caudā. Sic hō viſa ſua
vilitate ⁊ fragilitate hūiliat̄ itra ſeipm̄
Gre. Quāto mag; q̄ſq₃ ſeipm̄ videt:
tāto minus ſibiipi plac₃. ⁊ q₃to maio
ris ḡre lumē ſibi rcipit: tāto ampli⁹ ꝙ
de ſe plāgere debeat agnoſcit. Tercio
pōt nos ad hūilitatē ꝓuocare mēoria
mort; Ecci. vij. In oibꝰ opibꝰ tuiſ me
morar̄ nouiſſima tua ⁊ i et̄nū ñ pecca
bis. Ber. Nouiſſima hois cinis ⁊ ꝟ
mis. Uñ antiq̄ p̄res hūiliauerūt ſe: ⁊
poſuerūt cinerē ſup cinerē. i. ſup caput
i memoriā mort;. Uñ ꝯſuetudo fuit
impatoris q̄ndā ꝙ p̄ma die coronati
onis ferens latom⁹ diūſa genera mar
morū dixit. Uideat dñſ impator d q̄
genere marmoris velit ſibi fieri ſepul
crū. h̄ fiebat vt p memoriā mort; hūi
liaret̄. Legit̄ eni ꝙ Johēs p̄iarcha fe
cit ſibi ſepulcrū impfectū. ⁊ i magnis

feſtiuitatib⁹ cū eſſꝫ in loco honorꝭ cōſtituerat ſibi quer[illegible]lā q̄ diceret ei. dn̄e imꝑfectū ē ſepulcrū tuū iube illō ꝑfici qꝛ neſcis qua hora mors vēit Quarto pōt nos ad hūilitatē ꝓuocare cohabitatio hoīm hūiliū ꝛ paupeꝝ ꝛ eorū ꝯuſatio. Legiẜ ei Eccī. xiij. c. Qui cōicat ſupbo induet ſupbiā. ꝛ ecōtra qui ꝯmūicat humilib⁹ addiſcet hūilitatem. ꝑs. Cum ſancto ſanct⁹ eris. Vn̄ legiẜ ꝙ Odo eps pariſieſis ſp deſpectos paupes ante ſe poſuit in mēſa ꝛ alios a latere. Req̄ſitus aūt quō iſtos deſpectos ſic poſſet tolerare. Rn̄dit ꝙ q̄dā nobilis rex hoc ipm̄ docuerat. ſ. Job dicens. Viſitās ſpeciē tuā nō peccab.

Quinto pōt hoiem ad humilitatē ꝓuocare multiplex vtilitas hūilitatꝭ. Require infra poſt feſtū trinitatis in ſmone. Humiliamini.

De eodem Sermo xxxiij.

Lete cū fletibus. ad Ro. xij. In hac epiſtola apl's hortaẜ nos ad mlta. inter cetera hortaẜ nos ad flendū.

Sciēdū āt ꝙ flere debem⁹ multipliciter. Primo debem⁹ flere pctā noſtra. Vn̄ Iſid. Eſto tā ꝓnus ad lamēta ſicut fuiſti ad peccata. quia eni pctā grauia deſiderāt lamēta. ꝑs. Exit⁹ aqꝛ deduxerūt ocli mei: qꝛ nō cuſtodiert legem tuā. Hoc mō fleuit ſctūs Petr⁹ qn̄ dn̄m negauerat. Mat. xxvi. egreſſus foras fleuit amare. Hiero. Petꝛ ter dn̄m negantē amare lachꝛyme i locū ſuū reſtituert. Amb. O petre doce me q̄d ꝓfuert tibi lachꝛyme tue. ſꝫ docuiſti ilico. Nam ſi lapſus es anq̄ꝫ fleres poſtq̄ꝫ fleuiſti elect⁹ es vt alios regeres. Gre. O petre lachꝛyme tue culpas abluūt. gratiā reſtituūt. ꝛ maiora ꝓmittūt Hoc mō fleuit etiā maria magdalena ꝛ dimiſſa ſunt ei peccata multa. Aug⁹. Sciat ſe culpabiliẜ durum q̄ defleт damnū tpale vl' mortem amici ꝛ dolorē pctī lachꝛymis nō oſtēdit. Sed fletus iſte debꝫ fieri cū ꝓpoſito āmodo nō peccādi. Hiero. Qui ē pctōꝛ pctā ſua deplāgat ꝛ āmodo peccare caueat. Grego. Qui eni pctā ſua plāgit nec tn̄ deſerit pene gꝛuiori ſe ſbijcit. Bern. Luctus eoꝝ q̄ ꝑſeuerātiaꝫ nō habēt nō mereẜ ꝯſolatōem. Alioſ inquit lugētes video ſed ſi de corde lachꝛyme ꝓcedant nō taꝫ facile ilico ſoluerenẜ in riſuꝫ. Nūc aūt cū abūdāti⁹ ocioſa ꝛ ſcurrilia v̄ba ꝓfluant p⁹q̄ꝫ lachꝛyme. lachꝛymas h̄ mōi de his eſſe nō arbitroꝛ quib⁹ ꝯſolatio diuia promittiẜ. q̄nquidem poſt illas tā faciliẜ conſolatio vilis admittiẜ. Delicata ē eni diuia cōſolatio nō dabiẜ admittētib⁹ alienā. Debem⁹ ḡ ꝑſeuerāter deflere pctā n̄ra. Hunc fletum docuit nos xp̄s p h̄ ꝙ i cruce fleuit. ſic dꝛ ad Heb. v. Crux eni deſigt ſtatū pn̄ie. Scd̄o dēm⁹ flere ꝓ pctis alieis vl' alioꝝ. Eccli. xxij. Sup̄ mortuū ploꝛa defic̄ eniꝫ lux ei⁹. ſup̄ fatuū ploꝛa deficit ei ſenſu. Per moꝛtuū ꝛ fatuū ſignificaẜ pctōꝛ q̄ ꝑ pctm̄ ſeipm̄ iterficit i aīa. de h̄ debemus flere n̄ gaudere. Hiere. ix. Quis dabit capiti meo aquā ꝛ oculis meis fontē lachꝛymarum: et ploꝛabo die ac nocte interfectos filie populi mei. Eccleſiaſtici. xxxviij. Fili in moꝛtuū. ſcꝫ i anīa produc lachꝛymas. ꝛ quaſi dura paſſus icipe lachꝛymare. i. ploꝛa cū



13

q̄ moꝛit̄ in aīa ac ſi moꝛtē paſſus eſſꝫ i
coꝛpe. et mlto plus. Ber̄. Nunq̄ȝ ſunt
viſcera in te pietatꝭ q̄ plāgꝭ coꝛpꝰ a q̄
receſſit aīa. ꝛ nō plāgis aīam a q̄ r̄ceſ/
ſit deus. Sed heu mlti deflent magis
moꝛtē coꝛpis q̄ȝ aīe. Cōtra q̄s dicitur
Hiere. xxij. Nolite flere moꝛtuū i coꝛ
pe neq̄ȝ lugeatis ſup eū fletu. Plāgite
eū q̄ egredit̄. ſ. d eccl̄a. i. q̄ peccādo egre
dit̄ de ꝯmūiōe oīm ſctōꝝ. ꝛ a ꝑticipa
tōe oīm bonoꝝ q̄ fiūt i ecclīa. Sic fle/
uit Samuel ſup ſaul. qn̄ peccauit ꝑ i/
obedientiā. ꝛ dn̄s eiecit eū de reḡ. i. Re
gū. xv. Hūc fletū docuit nos dn̄s qn̄
fleuit ſup lazaꝝ moꝛtuū Joh. xi. La/
zarus enī moꝛtuꝰ ꝛ fetēs ſignificat pec
catoꝛē i moꝛtali pctō exn̄tē. Tercio
dēmꝰ flere miſeriā ꝓximoꝝ pctōꝝ per
ꝯpaſſiōꝫ. Ro. xij. Flere cū flētib9 debe
tis. Job. xxx. Flebā q̄ndaȝ ſup eo qui
afflictꝰ erat ꝛ aīa mea ꝯpatiebat̄ pau
pi. Eccī. vij. Nō deſis ploꝛātib9 i ꝯſo
latōe. ꝛ cū lugentib9 ambula. Hiere.
xiij. Ploꝛās ploꝛabit aīa mea ꝛ oculꝰ
meꝰ deducet lachꝛymas. qꝛ captus eſt
grex dn̄i mei. Hoc mō fleuert̄ cū Job
amici eiꝰ. Job. ij. Uidentes doloꝛem
iob poſuerūt puluerē ſup caput ſuum
ꝛ ſederūt cū eo i terra ꝛ fleuerūt. Hūc
fletū docuit nos xp̄s cū defleuit deſtru/
ctōem hierl̄m. Lu. xix. Uidens ieſus
ciuitatē fleuit ſup eā. Itē fleuit qn̄ vi/
dit mariā magdalenā flētē. Joh. xi. c.
Et lachꝛymatꝰ ē ih̄s. Gre. dic. Plus
eſt ꝯpaſſio q̄ȝ donū exterioꝛa largiēs. rē
enī extra ſeipm ꝓbet. q̄ aūt fletuȝ ꝛ tri
bulatōem tribuit ꝓxio de ſeipo aliq̄d
dat. Quarto flere debemꝰ ꝑ dilectō
ne patrie ſiue deſiderio viſiōis diuine
Ps. Sup flumīa babylōis illic ſedi
mus ꝛ fleuimus. Gre. Cōtēplet̄ mēs
q̄ ſit̄ illi āgeloꝝ choꝛi: q̄ ſocietas ſctōꝝ
ſpūuȝ. q̄ maieſtas eťne viſiōis dei. ꝛ am
plius plangit. qꝛ bonis ꝑennib9 deeſt
quā ipa flebat ꝑus qn̄ mala eťna me
tuebat Irriguū q̄ppe ſupiꝰ accipit aīa
cū ipa ſe laſciuijs celeſtis regni deſide
rio affligit. Irriguum ꝟo iferiꝰ accipit
aīa cū iferni ſupplicia metuendo ꝑti/
meſcit. Legit̄ de ſctō Arſenio q̄ ſp ſu/
dariū ferebat ꝓpt̄ fluenta lachꝛymā/
rū ex deſiderio ſaluatoꝛis. Silr̄ ꝛ Pe/
trꝰ. Un̄ Dauid. Fuerūt mihi lachꝛy
me mee panes die ac nocte dū dicitur
mihi q̄tidie vbi ē deus tuꝰ. Augꝰ. Da
mihi dn̄e in h̄ exilio panē lachꝛymaꝝ
quē eſurio ſup copiā deliciaꝝ. Grego.
Luctu ſuo anīa paſcit̄ cum ad ſupna
gaudia flēdo ſbleuat̄. ꝛ intus q̄dē do/
loris ſui gemitū tolerat. ſȝ eo refectōis
pabulū ꝑcipit q̄ vis amoꝛis ꝑ lachꝛy
mas emanat. Quito dēmꝰ flere ex
deuotiōe. qn̄. ſ. aīa ex dulcedie dei exp/
ta deflet abſentiā ſpōſi ſui xp̄i. Augꝰ.
Quāto q̄ſq̄ȝ ſanctioꝛ ꝛ ſctis deſiderijs
plenioꝛ tāto eiꝰ in oꝛōe fletus vberioꝛ
Impatiēs ei amoꝛ eſt. nec lachꝛymis
mediꝰ fit niſi amoꝛi det̄ qd amat̄ Ex
emplū. Dn̄a q̄dā deuota delicias ſecu
lares fugiēs toto deſiderio ad ſupna
anhelabat. ꝛ ꝑcipue circa infantiā xp̄i
mltū afficiebat̄. ꝛ freq̄nt̄ rogabat dn̄ȝ
vt oñderet ſibi faciē puericie ſue. ꝛ ec/
ce in q̄dā feſtiuitate natal' dn̄i ipa ſo/
la exiſtēte in oꝛōib9 ꝛ flēte ex deſiderio
ſaluatoꝛis apparuit q̄dā puer pulcer
rimꝰ arridēs ei Ipa āt neſciēte q̄s eēt
q̄ſiuit puer ab ea ſi ciret Aue maria
Illa r̄ndit. ſcio. Cui puer. Dic mihi.
ꝛ fecit. Et cū diceret. ꝛ bn̄dictꝰ fructꝰ

ventris tui. dixit puer. ego ſum ille. et euanuit. Illa vero lachrymādo clamauit. Reūtere puer chariſſime ꝑ triginta dies nō ceſſans clamare et flere. et ecce triceſima die vēit ihs dicēs. Ueni ad me dilecta mea qꝛ delicias ſecli fugiſti ꝛ in me delectata fuiſti. veni ꝛ ꝑcipe delicias q̄s tibi ꝑꝑaui. ꝛ illa ſtatiʒ expirans migrauit ad xp̄m. Ad queʒ nos ꝑducat ꝛc.

Textualis expoſitio

**Nuptie facte** ſunt i chana galilee. Joh. ij. Quidā dicūt ꝙ ſpōſus illaꝝ nuptiaꝝ fuit iohes euāgeliſta ſʒ n̄ ē ꝓbabile. qꝛ nuptie iſte facte ſꝰ pꝰ vocatōem aplo꞊ꝝ. q̄bꝰ interfuit iohes. Un̄ n̄ eſt credibile ꝙ poſtea receſſerit vt vellet vxorē ducere q̄ hucuſqꝫ ꝟgitatē ſuauerat. Jn chana galilee. Chana ē nomen ville. in q̄ facte ſunt nuptie i ꝓuincia galilee. ꝛ erat mr̄ ieſu ibi vocata ad nuptias. vocatꝰ ē aūt ꝛ ihs ꝛ diſcipuli eiꝰ. forte iō vocati ſunt. qꝛ ꝯſanguinitate ꝯiūcti erāt. ꝛ deficiēte vino in iſto ꝯuiuio: qḋ fuit ſignū pauꝑtatis. dicit mr̄ ieſu ad eū. vinū nō habēt ſpōſus ꝛ ſpōſa. ꝛ h̄ fuit ſignū ꝙ alr̄ ꝯiugū erat de pentela marie. vl̄ forte ambo qꝛ alr̄ nō dixiſſʒ de defectu vini. Et dicit ei. i. mr̄i ieſus nō offenſus nec arguēs matrē. Gratū ei ei fuit ꝙ ꝯpaſſa erat pauꝑtati eoꝝ. ſʒ vt oñderet ſe eſſe filiū dei ex ꝑte p̄ris. ꝛ ex eiꝰ ꝑtāte ſe ſigna facturū nō ex ꝑte m̄ris. Un̄ ſeq̄r. Quid tibi ꝛ mihi ē mlier: ꝯmū e ſcʒ. quaſi di. Quid habeo de te vn̄ poſſim iſtḋ miraculū facere Miracl'a q̄ facio illa nō facio ꝑ hūanitatē quā a te habeo. ſed ꝑ deitatem quā habeo a p̄re meo eeleſti. ꝑ eum eni poſſem dare vinū ex aq̄ factū. nō aūt ex ꝑte tua. ſʒ ex ꝑte tua daturus ſum vinū ſanguis mei i cruceſʒ nō mō. Un̄ ſeq̄r. Nōdū vēit hora mea. i. tp̄s vl̄ opportunitas vt dem vinū ſanguis mei qḋ ex te habeo. a te eni habeo carnē q̄ punief i cruce ſic vienū i torculari. ꝛ tūc fluet vinū ſanguiſ mei. Seq̄r. dic̄ mr̄ eiꝰ miſtrʒ. i. ſuitori bꝰ ꝯuiuij. qḋ cūqꝫ dixerit vob filiꝰ meꝰ h̄ facite. q. d. licʒ negare videaf tn̄ faciet. nouerat eni eū mr̄ piū et miſericordē. Erāt aūt ibi. ſ. i domo ꝯuiuij lapidee ydrie ſex poſite. i. vaſa aq̄tica ſm ꝯſuetudinē iudeoꝝ ad purificatōem. Habuerūt eni ꝯſuetudineʒ iudei ſm traditōes phariſeoꝝ vt ſepe manꝰ lauarēt q̄ticſcūqꝫ rē aliquā manu ꝯtigerēt. ꝑ h̄ putabāt ſe phariſei ſctōſ ꝛ mūdos. plꝰ reputātes exꝉiorē mūdiciam q̄ꝫ iꝉiorē. Quelibʒ ydria capiebat metretas binas vl̄ trinaſ. Seq̄r. dixit eiſ id ē miſtrꝭ ihſ rogatꝰ a m̄re. ipleteydrias aq̄. ꝛ impleuerūt eas vſqꝫ ad ſummū. ꝛ dixit eis ihs. haurite nūc ꝛ ferte architricio Architriclinꝰ dꝛ maior inter ꝯuiuantes i triclinio. Triclinium aūt dicif domꝰ habens ordies mēſaꝝ ſicut refectoria fratrū. ꝛ tulert architriclino. Cū aūt guſtaſſʒ architriclinus aquā vinū factū. i. vinū factū ex aq̄ ꝛ nō ſciebat vn̄ eſſet vinū iſtḋ. miſtri āt ſciebāt q̄ hauſerāt aquā. vocat ſpōſū architriclinus admirās vini bonitatē. qḋ ſm ꝯmunē ꝯſuetudinē ꝑmo debuit ꝓpiari. ꝛ dicit ei. ſ. ſpōſo. Oīſ hō faciēs ꝯuiuiū in ꝑncipio ꝯuiuij vinū bonū ꝓpinat. ꝛ pōnere ſolet ad mēſaʒ



14

ad bibēdum inuitatis. ꝛ cū inebriati fu
erint apponit illḋ vinū qḋ deteri⁹ ē. i.
quod minus bonū ē. tu aūt ſuaſti vi/
num bonū vſqꝫ adhuc. i. vſqꝫ ad finez
ↄuiuij ↄtra generalē ↄſuetudinē terre
Ex h̄ ptꝫ ꝙ optimū vinū fuit illḋ qḋ
fecerat. Vn̄ dīc Chriſ. Generale ē oī/
bus miracul' xpi ꝙ ad aliḋ terminant'
ꝙꝫ natura ponit. Hoc initiū ſignoꝝ fe
cit ieſus ī chana galilee. Primū ibi.
alibi eni mlta ſigna ꝓ̄us fecerat. ꝛ ma
nifeſtauit glāꝫ ſuā. i. diuitatꝫ ſue potē
tiā. ꝛ crediderūt ī eū diſcipuli ei⁹. non
tūc primo ſed tūc ampli⁹.

Dn̄ica ꝓ̄ma poſt feſtū epiphanie.
Sermo xxxiij.

## Nuptie facte

ſunt ī chana galilee. Johā. ij.
Duplices dicūt' nuptie. ſ. car
nales ꝛ ſpūales. Carnales ſunt int' vi
rū et mlierē. Spūales int' deū ꝛ aīaꝫ.
De carnalib' nuptijs dr̄ in euāgelio
hodierno. In q̄b' nuptijs duo ſūt cō/
ſiderāda. ſ. nuptiaꝝ dignitas ꝛ nubē/
tiū q̄litas. Dignitas nuptiaꝝ pri/
mo ↄſiſtit ī autoritate īſtituentꝫ. ſ. dei.
De⁹ eni īſtituit ordinē mrīmonij. ali
os ordīes īſtituit papa. Sicꝫ ḡ repre
hēſibil' eſſet ꝛ excōicādus q̄ ordinē in/
ſtitutū a papa violaret. ita mlto ma/
gis rephēſibil' ē q̄ ordinē quē deus īſti/
tuit violat. In alijs ordīb' dat' ann⁹
ꝓbatōis. ſꝫ iſtū ordinē vult de⁹ inſepa
bilit' obſuari. Itē ptꝫ dignitas matri
monij in h̄ ꝙ ī ſacro loco īſtitutū ē. ſ. ī
ꝑadiſo. ꝛ ī ſacro tpe. ſ. an̄ pctm̄. Itē in
h̄ ꝙ dn̄s mrīmoniū pſonal' honora/
uit p ꝑſentiā ſuā ꝛ mr̄is ſue ꝛ diſcipu/
loꝝ ſuoꝝ. Circa ſcdm̄. ſ. q̄litatē nubē
tiū req̄rūt' tria. ſ. ꝙ ibi ſit intētio recta.
dilectio vera. ꝛ diſcretio ꝑfecta. Prīo
req̄rit' ꝙ ſit ibi recta intētio. ſ. ꝙ vir nō
ſumat vxorē ꝛ vxor virū ꝓpt' pecuniā
vel ꝓpter libidinē. ſed ꝓpt' plē ꝓcrean
dā. et ꝓpt' pctm̄ incōtinētie vitādum
Prīo dico ↄiugij copula nō dꝫ fieri
ꝓpter pecuniā. qr tales magis viderē
tur mrīmoniū ↄhere ꝓpt' auariciā ꝙꝫ
ꝓpter deū. Illi nō vocāt deū ad ſuas
nuptias ꝛ btām v̄ginē mariā. ſꝫ poti⁹
mamonā ꝛ diabolū ꝑncipē auaroꝝ
Exēplū. Fuit q̄dā ph̄s habēs filiā
quā duo ducere conabāt'. vn⁹ eoꝝ di/
ues erat ꝛ fatu⁹. alter paup ꝛ ſapiens.
Et ait ph̄s. Malo dare filiā meā vi/
ro īdigēti pecunia ꝙꝫ pecunie īdigēti vi
ro. Nota ꝙ mlta mala ↄtigūt ex h̄
ꝙ aliq̄ ꝓpt' pecuniā filias ſuas dāt vi
ris antiq̄s. Itē ↄiugiū nō dꝫ fieri ꝓpt'
libidinē exercēdā ſꝫ ꝓpt' plē ꝓcreādā
De h̄ dixit angel⁹ ad thobiā Thob.
vi. reddēs rōem q̄re diabol⁹ int'fecīſſꝫ
ſeptē viros q̄ Sarā filiā raguel' duxe
rant. Hi nāqꝫ q̄ ita ↄiugiū ſuſcipiūt
vt deū a mēte excludāt ꝛ ſue libidi ita
vacēt ſicut equ⁹ ꝛ mul⁹ in q̄b' n̄ ē itel/
lectus hꝫ diabol⁹ ptātē ſup eos. Tu
v̄o cū ſuſcepis eā īgreſſus cubiculuꝫ
tuū p tres dies ↄtinēs eſto ab ea. ꝛ ni
hil aliḋ ꝙꝫ orōib' vacabis cū ea. trāſa
cta aūt nocte tercia accipies v̄ginē cū
timore dn̄i amore filioꝝ mag' ꝙꝫ libi/
dine duct⁹: vt bn̄dictiōꝫ ī filijs ↄſeq̄/
ris. Legit' de ſctō Pafuncio q̄ oīb' di
eb' vite ſue auſterā vitā duxerat. ora
uit dn̄m vt dignaret' ſibi oſtēdere cui
ſanctoꝝ ſilis eſſet in merito. Et rn̄ſuꝫ
eſt ei ꝙ ſilis eſſet cuidā dn̄o ꝑrie vil/
le oſtendēs ei villā. Ille abijt ꝛ venit

in domū illius dñi. ⁊ q̄ſiuit ab eo ſecre
te dicēs. Rogo dñe vt ſtatū vite vr̄e
mihi dignemī reuelare. q² reuelatū ē
mihi a dño φ ego ero vob̄ ſiliis in me
ritis. Qui rn̄dit. pr̄ bone vxorē meaȝ
duxi nō cauſa libidis ſed cauſa ꝓlis
ad cultū dei: et nunq̄ȝ eā cognoui niſi
tali intentōe. Ecce in h̄ ptȝ q̄ntā mer
cedē poterīt mererī mr̄imoniū recte ſer
uantes. Debēt etiaȝ pentes filios ad
cultū dei inſtruere q̄ ad h̄ ſunt ꝓcreati
Dicit Gre. φ q̄dam habuit filiū cir/
ca q̄nq̄ȝ annos. ⁊ valde diligēter docu
it eū male loq̄ ⁊ nomē dei blaſphēare.
⁊ qn̄ ei aliq̄d mali obſtetit deo maledi
xit. Quadā die dū pr̄ tenuit eū ī bra
chijs. ⁊ puer male loq̄ret̄ ſicut ſolitus
fuit vidit demōes veiētes ⁊ clamauit.
O pr̄ ecce maurī hoīes veniūt q̄ me
volūt tollere. Qd̄ cū dixiſſȝ arripuit
eū diabol⁹ de brachijs pr̄is: ⁊ cū corpe
⁊ aīa deduxit Scd̄o req̄rit̄ ī ꝯiugio
ſpā ⁊ mutua dilectio. in cui⁹ ſignū ſpō
ſus ī deſpōſatōe oſculat̄ ſpōſam in ali/
q̄bȝ terris. q² oſculū ē ſignū dilectōīſ
Itē anul⁹ q̄ dat̄ ponit̄ ī digitū illū a q̄
pcedit vena ad cor. ad deſignādū φ ex
toto corde ſe mutuo diligere debent.
Vn̄ legit̄ Thob. x. φ Raguel ⁊ anna
docuerūt filiā ſuā qn̄ receſſit ab eis cū
viro ſuo φ deberet diligere maritū ſuū
pluſ q̄ȝ prem ⁊ mr̄em. ⁊ ſibi pl⁹ obedi/
re. Exēplū ī Micol q̄ pl⁹ dilexit vir̄
ſuū Dauid q̄ȝ prem ſuū ſaul. qn̄ eniȝ
ſaul pſequebat̄ dauid: ⁊ poſuit ſatelli/
tes ante domū ei⁹ nocte. vt mane egre
diente interficerēt Dauid. Micol de/
poſuit eū p feneſtrā: ⁊ poſuit ſtatuā ſu
p lectuȝ eius: ⁊ pellē caprinā ad caput
eius. et operuit eū veſtimētis. ⁊ ſic dece/
pit prem ſuum. Nota hyſto. i. Reg.
xix. Similit̄ viri debent diligere vxo/
res ſuas. in ſignū huius mulier de car
ne ⁊ oſſe viri facta eſt. Unde Adā eui
gilans dixit. Hoc nunc os ex oſſibus
meis ⁊ caro de carne mea. Propter h̄
homo. id ē vir relinq̄t patrē ⁊ matreȝ
⁊ adherebit vxori ſue. ⁊ erūt duo ī car
ne vna. Eccli. vij. Mlier ſi tibi eſt ſit
tibi quaſi aīa tua. Exemplū ī Rachel
p qua ſeruiuit Jacob q̄ttuordecim an
nis. ⁊ videbant̄ ſibi dies pauci p̄ amo
ris magnitudie. vt dicit̄ Gen. xxix.
Sed heu multi nō diligūt vxores ſu
as ſed potius cōtendūt cū eis. Cū tn̄
apl's dicat ad Eph. v. Viri diligite
vxores veſtras ⁊ nolite amari eſſe ad
eas. Itē Prouer. v. Letare cū mlierē
tua adoleſcētule. nō dicit ꝯtēde. Sed
multi reputāt vxores ſuas q̄ſi ancil/
las ſuas. cū tn̄ dn̄s volens mulierem
facere dixit. Faciam⁹ ei adiutorium
ſimile ſibi. nō ancillā. ⁊ iō nō fecit eaȝ
de pede ne eſſet ei⁹ ancilla. nec d̄ capite
vt nō eſſet eius dn̄a. ſed de latere vt eſ
ſet eius ſocia. Certe viri merito deberēt
honorare mlieres. Nam dicit̄ ꝓuerb.
xij. Mulier diligens corona eſt viro
ſuo. ⁊ Eccli. xxvi. c. Sicut ſol oriēs in
mundo. ſic mlieris bone ſpecies in or/
namentū domus eius. Eccli. xxv. Be
at⁹ q̄ habitat cū mliere ſenſata. Me/
rito debem⁹ honorare ſexū mliebrē q̄/
niā dn̄s honorauit eū. Nam omneȝ
carnis ſue ſubſtantiā ſumpſit a mlie/
re. nō a viro. Heſter. vi. Merito ho/
norabit̄ quem rex voluerit honorare.
Unde mulieres habent illud priuile
legium φ ipſe portare poterunt aurū
⁊ ſericum ⁊ varium opus qd̄ nō oēs

viri Tercio req̄ritur ꝯiugio diſcretō ꝙ hō ſit diſcret⁹ ꝛ diſcernere ſciat tps ꝛ modū locū ꝛ mēſuram. De tpe dicit̄ Eccl'ſ. iij. Tps amplexādi et tps ab amplexibꝫ abſtinēdi. Aug. dic ꝙ xp̄iani debēt qn̄qꝫ ꝯueīre cū vxoribꝫ. qn̄qꝫ n̄ In diebꝫ pceſſiōis ꝛ ieiunioꝝ ē abſtinendū vt facili⁹ poſſit īpetrari qđ poſtulat̄. Itē tpe qn̄ vxor ē grauida. Itē tpe mēſtrui. Vn̄ Leui. xviij. Ad mulierē q̄ patit̄ mēſtruū n̄ accedas. Dic Hiero. ꝙ tūc ꝯcipiūt̄ mēbris dānati: ceci: claudi: leproſi ꝛ īfirmi. Itē qn̄ād⁹ ē debit⁹ modus. Vn̄ Hieron̄. Nō ſꝫ in q̄t viri ab alienis mlīeribꝫ tm̄ abſtineant. ſꝫ etiā ī ſuis tps ꝛ modū obſuēt. Hō nō dꝫ beſtiali mō cog̃ſcere vxorē ſuā. Itē loc⁹. nō ī loco ſacro vl' publico. Itē menſura. ne faciat cuꝫ conatu vltra menſurā qꝫ poſſit. Dicit q̄dam glo. ſup eplam. i. ad Chor. vij. Ois vehemēs amator pp̄e vxoris adult̄ eſt. ħ itelligēdū ē qn̄ ꝯcupiſcētia adeo magna ē ꝛ īmoderata ꝙ etiā cognoſceret eā ac ſi nō eſſet ſua. Itē debꝫ eē diſcretus ī reddēdo debitū. ſi eni mlier eſſet vecūda nec auderꝫ petere debitū. ipſe vir dꝫ ſibi exhibere ne nimis ſtimulet̄ ꝛ ī pctm̄ cadat. in ħ caſu meret̄ vitam eternam.

Dn̄ica ſcd'a poſt feſtū epiphanie Sermo xxxv.

# Nulli maluꝫ

p malo reddētes. Ro. xij. ca. In v̄bis iſtis docꝫ nos apl'ſ vindictā in corde nō tenere. ſꝫ exēplo xp̄i p malo reddere bonū ꝛ n̄ ecōuerſo Nota ꝙ dicit btūs Ber. Quidā reddūt mala p malis. ꝛ hi boni nō ſunt. Quidā reddūt mala p bonis. ꝛ hi peſſimi ſunt. Quidā reddūt bona p bonis. ꝛ hi nec mali ſunt. Quidam reddūt bona p malis. ꝛ hi optimi ſunt.

Primo dico ꝙ q̄dā reddūt mala p malis ꝛ hi boni nō ſunt ſic dicit Ber. Sed hi boni n̄ ſunt ꝛ regnū celoꝝ nō īpetrabūt q̄ nō pueniūt niſi boni Sic fecit Abſalon q̄ interfecit Amnon eo ꝙ ſororē ſuā Thamar violauerat. ꝛ q̄ſiuit euꝫ dauid ob ħ occidere. ꝛ expulit eum de hierl'm. q̄ fugiēs latuit ī Ieſſur apud Tholomel regē ieſſur tribꝫ annis Nota hyſto. ij. Reg. xiij. ſic diſplicuit dauid ꝙ Abſalon vidicauerat ſe ipm. ſic d iſplicet deo ſi vindicam⁹ noſmetipos malū p malo reddētes. Vn̄ ait dn̄s Lu. vi. Diligite inimicos veſtros ꝛ bn̄facite his q̄ vos oderunt. ꝛ orate p pſeq̄ntibꝫ ꝛ calūniātibꝫ vos. vt ſitis filij pr̄is veſtri q̄ in celis eſt. q̄ ſolē ſuū oriri facit ſup bonos ꝛ malos. ꝛ pluit ſup iuſtos ꝛ iniuſtos. Sed di. aliq̄s p furto ꝛ rapina null⁹ interficeret̄ ſi nō debem⁹ malū p malo reddere. R̄ndetur. Iuri licet quod tibi non licet. Si eni p re tibi ablata q̄ſq̄ ſeruato iuris ordine fuerit occiſus: non tu ſed ius occidit eum. Si autē iuris ordine ptermiſſo queq̄ꝫ occideris homicidij reus eris. Noli ergo malum pro malo reddere ſed deo ſerua vindictam. ad Romañ. v. Da mihi vindictam ꝛ ego retribuā. Exemplū de q̄dam milite qui dimiſit ſeruo ſuo qui occidit fratrē ſuum. pp̄ter quod crux chriſti honorauit eum. Require dn̄ica infra octauas epiphanie. in ſermone. Probetis que ſit. Item quidā

reddūt mala ꝓ bonis. ⁊ hi peſſimi ſt. ſicut iudas ⁊ iudei. Vñ pˢ. Retribuebāt mihi mala ꝓ bonis. h̄ nūq̄ȝ licuit fieri nec vnq̄ȝ licebit. imo in veṫi teſtamento qñ licitū fuit odire inimicos ſicut dr̄ Mat. v. Audiſtiſ q̄ꝛ dictū ē antiq̄s. Diliges ꝓximū tuū ⁊ odio hēbis iimicū tuū. tñ nūq̄ȝ licitū fuit facere malū ꝓ bono. imo etiā ifidelibꝫ cauendū ē. Exemplū de Raab meretꝛce q̄ ꝓpṫ acceptōem exploratoꝝ cū oībꝫ ſuis ab excidio lib̄ata ē ⁊ ꝑplō dei adiūcta ē. Nota hyſtoriā Joſue. ij. Vñ aplˢ Heb. xi. Fide. i. ꝓpṫ fidelitatem ſuā raab meretrix nō ꝑijt. Exemplū Miles cū vidiſſet quendā latronem duci ad ſuſpēdiū miẛicordia mot⁹ rogauit vt eruereṫ ocłi eius ⁊ i domo ſua pñiam ageret. ⁊ ſic factū ē. ⁊ tenuit eū multis annis tradēs ei claues oīm rerū ſuarū. Quadā nocte paſce cū mileſ iuit ad matutinas ⁊ vxoꝛ ei⁹ infirma i lecto maneret vēit ƒu⁹ cec⁹ iterficiens eā. ſuccēdit caſtꝝ ⁊ arripiēs filiū militis aſcēdit turrim. Qđ itelligēs mileſ turbatus ē valde. Et clamauit ille de turri. Jſta ē merces vr̄a q̄ꝛ libaſtiſ me de patibulo. ⁊ certe niſi vobiſipi ocłoſ eruatis iſtū filiū interficiā. At ille miles ſimulauit ac ſi ocłi eēnt ſibi eruti. ⁊ dixit cecuſ. q̄lē doloꝛē ſuſtinuiſtis in eruitōe ocłoꝝ. Ait miles. magnū. ait latro. Adhuc habetiſ ocłos. At miles pl⁹ diligēs filiū q̄ȝ ocłos fecit ſibi erui ocłos. Et q̄ſiuit latro ſicut ꝑus. Qui rñdit q̄ ſibi viſum fuit q̄ ſibi coꝛ extra hereṫa coꝛpe. Nūc ſcio inquit latro q̄ ocłos ꝑdidiſtis. ſȝ iſtū filiū nō rehabebitis. ⁊ ſtatim p̄cipitauit ſeipm̄ cū infante. Ecce q̄ȝ infidelꝫ fecit dn̄o ſuo. ſȝ multo infideli⁹ ⁊ ꝑei⁹ facit pctōꝛ xp̄o dn̄o q̇ nos ſua morte ⁊ ſanguie ſuo liberauit de et̄na dānatōe. q̇ pctōꝛ q̄tū in ſe ē xp̄m crucifigit cum mortaliṫ peccat ⁊ ſeipm̄ in ifernū p̄cipitat Hebꝛe. vi. Rurſum crucifigētes ſibimetipis filiū dei. O q̄nta fidelitas fuit q̄ ꝓ nobis aīam ſuā poſuit. quā fidelitatē nū q̄ȝ obliuiſci debem⁹. Eccī. xxix. Gr̄az ⁊ fidelitatē fideiuſſoꝛis tui ne obliuiſcaris. dedit ei ꝓ te aīam ſuā. Fideiuſſoꝛ ille xp̄s eſt q̇ ꝓ nobiſ morti ſe expoſuit vt nos ab et̄na morte libaret. Quotiens q̄ mortaliṫ peccam⁹ paſſionē eius renouamuſ ⁊ malū ꝓ bono ſibi reddimus. Tercij ſunt q̇ reddūt bona ꝓ bonis. et hi mali nō ſunt. iſtđ ē q̄dam curialitas ⁊ honeſtas ſȝ nō meritum. Sic fecit rex aſſuer⁹ mardocheo q̇ nūciauit regi q̄ duo ianitoreſ palacij ſui ſcȝ bachata ⁊ taga volebāt eū iterficere. ꝓpṫ h̄ exaltauit rex euȝ. Heſter. v. Et licȝ iſtud ſit curiale ⁊ honeſtū: tñ n̄ eſt meritoꝛiū. Mat. v. Si eni diligitis eos q̇ vos diligūt quā mercedem habebitis. q. d. nullā. ⁊ ſi bñfeceritiſ eiſ q̇ bñfecerūt vobꝫ quā mercedē habebitis in celo. Nōne ⁊ h̄ publicāi faciūt: h̄ eſt naturale. imo aialia irratōnalia pl⁹ diligunt illoſ q̇ bñfaciūt ſibi. ſicut patȝ in canibꝫ. Vñ glo. Amare amātez naturale ē. inimicū autē amare caritatis eſt. Mat. v. Et ſi ſalutaueritiſ fr̄es vr̄os tm̄ q̇d ampli⁹ facitis. nōne ethnici h̄ faciunt. i. gētiles. Qȝ naturale ſit diligere bñfacientē ptȝ i leone Quodā tp̄e cū xp̄iani trāſirēt ad ṫraȝ ſctām ad bellū antiochenū: miles quidā vidit leonē fatigari a ẛpēte. ⁊ accedens adiuuit leonē. q̇ ꝓpṫ bñficium

toti exercitui in fame ↄſtituto feraruꝫ adducebat magnã multitudinẽ. ꝛ tã tũ dilexit ſuũ militẽ vt cũ nauigare deberẽt ꝛ naute nollent eũ ſecũ recipe: aliqꝫdiu natãs poſt ipm: tãdem ſubmerſus eſt. Si tantã fidelitatẽ hꝫ brutuꝫ aial a natura. mlto magis hõ ratõnalis debꝫ vltra ꝓgredi ad pfectã dilectionem. et nõ ſolũ amare amicos ꝛ bñfactores ſꝫ etiã inimicos. Quarti ſunt q̃ reddũt bonũ ꝓ malis. ꝛ hi optimi ſunt ꝛ ſequunť xp̃m tanq̃ꝫ patrẽ q̃ dilexit nos cũ adhuc eſſem⁹ iimici ei⁹ ꝙ ppť nos mortẽ ſuſtinuit. Ephe. ij. Propť nimiã charitatẽ qua dilexit nos chriſt⁹ cũ adhuc inimici ei⁹ eſſemus ꝛ mortui eſſem⁹ i pctis viuificauit nos: ꝓ nobis turpiſſimã mortem patiẽs. Itẽ bona ꝓ malis tribuit qñ ꝓ crucifixorib⁹ ſuis orauit. Luce. vi. Diligite inimicos vr̃os et bñfa. eiſ ꝛc.

Textualis expoſitio

Um deſcẽdiſſet ih̃s de mõte Matth. viij. ca. Myſtice i deſcẽſu de monte notať hũilitas incarnatõis ei⁹ q2 deſcẽdit de mõte. i. de celo i vallẽ huius miſerie. ꝛ ſecute ſunt eũ turbe multe. i. mltitudo miſericordiaꝝ ſuaꝝ q̃rũ nõ eſt numer⁹. ꝛ ecce leproſus veniẽs adorabat eũ. Lepra eſt pctm̃ aiaruꝫ noſtraꝝ. Jõ deſcẽdit de celo vt lepram aiaꝝ noſtraꝝ ſanguine ſuo mũdaret. dicens. Si vis dñe potes me mũdare. ꝛ extẽdens ih̃s manũ tetigit eũ dicens. Uolo. mũdare. ꝛ ↄfeſtiꝫ mũdatus eſt a lepra eius. Cũ eni ih̃s extenderet manũ i cruce hõ mũdat⁹ eſt a lepra pcti. Jp̃e pctã nr̃a abſtulit i cruce ꝑ paſſionem. Et ait illi ih̃s. Uide nemi dixeris. Ad lrãm. h̃ dixit leproſo curato. vt nos doceret fugere vanã gl'iam. ꝓpter quod ſeq̃ť. Uade oñde te ſacerdoti. ꝓ h̃ innuiť ꝙ nõ ſufficit paſſio xp̃i ad ſaluteꝫ niſi ſeq̃ť ↄfeſſio. Uñ ſi volum⁹ ſalui fieri debem⁹ nos oñdere ſacerdotib⁹ ꝑ ↄfeſſionẽ. Seq̃tur. ꝛ offer munus tuũ. qđ p̃cepit moyſes i teſtimoniũ illis vt ſciãt te ſanatum ꝛ poſtea nõ expellãt te. Fuit eni p̃ceptũ i lege vt mũdati a lep̃ offerrent ſacerdotib⁹ munera. Seq̃ť. Cũ autẽ introiſſet capharnaũ acceſſit ad eum cẽturio rogãs eũ dicẽs. Dñe puer meus. i. famulus me⁹ iacet i domo paliticus: et male torqueť. Uidẽs aũt ih̃s fidelitatẽ centuriõis ꝙ ꝓ ſuo ſuo taꝫ ſollicitus fuit ꝓmiſit ſe eum ſanatuꝝ. Uñ ſeq̃tur. Et ait illi ieſus. veniam ꝛ curab⁹ eũ. Ecce benignitas ſaluatoriſ q̃ pata eſt oĩ petẽti. Et rñdens cẽturio ait. Dñe nõ ſum dign⁹ vt itres ſub tectũ meum: ſed tm̃ dic ṽbo ꝛ ſanabiť puer meus. Credebat eni ꝙ licꝫ abſens eẽt corpe: tñ p̃ſens erat deitate. ꝛ ꝙ oĩ infirmitati p̃cipe poſſet. Uñ ſeq̃tur. Nã ꝛ ego hõ ſum ſub ptãte dñi mei ↄſtitutus habẽs etiã ſub me milites q̃ ſub ptãte mea ↄſtituti ſunt. ꝛ dico huic: vade ꝛ vadit. ꝛ alij veni ꝛ venit. ꝛ ſuo meo dico. fac h̃ ꝛ facit. q. d. Si ego q̃ ſub ptãte alteri⁹ ↄſtitut⁹ ſum meis pcipe poſſum ꝛ obediunt mihi. mlto mag̃ tu q̃ ſub nulli⁹ ptãte ↄſtitutus es ꝛ dñs es oĩm creaturaꝝ potes p̃cipe ĩfirmitati ꝙ recedat ꝛ obediet tibi. Audiẽs aũt ih̃s mirat⁹ ẽ tãtã fidẽ ꝛ ſeq̃ntib⁹ ſe dixit. Amẽ dico vob ꝙ

mlti veniūt ab oriēte ⁊ occidente ⁊ re/
cūbent.i. letenť cū Abraam Iſaac et
iacob ī reg̃ celoꝝ. filij aūt regni.i.iudi
eijcienť ī tenebras exťiores.i.ī infernū
ibi erit flet⁹ ⁊ ſtridor dentiū. Et dixit
ihs cēturiōi. Uade ⁊ ſic credidiſti fiat
tibi. Et ſanatus ē puer ex illa hora

De eodem Sermo xxxvi.

Xtendēs ie/
ſus manū tetigit eū.ſ.lepo/
ſum. Mat. viij. In vbis iſtꝫ
notanť duo. Primū ē magna miſeri
cordia ſaluatoris. Scd̄m miſera ꝯdi
tio pctōris. Primū ptꝫ ī h̄ ꝗ leproſo
manū ſuā extēdit. Scd̄m in h̄ ꝗ pec/
cator leproſo ꝯpať. Circa p̄mū nō
ꝗ ſaluator extēdit manū ſuā in cruce
mltis modis. P̄io extēdit manū ſu
am cruētatā ad reuocādū pctōrē Do
minus facit ſicut nobiles q̄ volētes re
uocare aues ſuas errantes oñdūt eis
carnes cruētatas vt eas ſic alliciāt et
reuocēt. Sic de⁹ volens pctōrē errātē
r̄uocare oñdit ī cruce man⁹ cruētataſ.
q̄ſi ſic diceret. Uide man⁹ meas ſan/
guineas: ⁊ cogita q̄lia ꝓpť te paſſus
ſum. ⁊ reuertere ad me vt amara paſ/
ſio mea ī te nō amittať nec annulletur
Heu multi ſunt ſic aues īgurgitate ⁊
ſaturate: q̄ ad r̄clamatōes nolūt redi
re. Uñ ꝯqueriť dñs puer.i. c. Extēdi
manū meā nec erat q̄ aſpiceret. deſpexi
ſtis om̄e ꝯſiliū meū. ego q̄ꝫ ī in ťitu ve
ſtro ridebo. Scd̄o extēdit dñs ma
n⁹ ſuas extēſas ī cruce ad ſuſcipiēduꝫ
pctōrē reuertētē. Iſa. lxv. Extēdi ma/
nus meas ad popl̄m incredulum q̄
ambulat in via n̄ recta p⁹ cogitatōes
ſuas. expandi enim vt recipem eos q̄
redire vellēt. Exemplū in filio ꝓdigo
cui occurrit pr̄ ⁊ amplexabať eū benig
ne ſuſcipiēs. Lu. xv. Iſtud figuratuꝫ
eſt Gen. viij. vbi dicitur. ꝗ cū nō iue
niret colūba vbi reqeſceret pes ei⁹ redi
ſa eſt ad archā. ⁊ extēdēs noe manuꝫ
ſuā intulit eā ī archā. Per colūbaꝫ q̄
nuſq̄ꝫ inuenit reqem ī mūdo ſignifica
tur aīa q̄ nuſq̄ꝫ iuēiet reqem niſi ī xp̄o.
Si aliqñ egrediť archā.i. ecclīaꝫ p pec
catū qd̄ ſepat aīaꝫ ab ecclia.i. ꝯmūio
ne oīm fideliū: tūc nuſq̄ꝫ iuenīet reqeꝫ
niſi ī xp̄o. Dēm⁹ redire ad archā p pe/
nitētiā: tūc noe.i. xp̄s pat⁹ ē eā recipe
ad grām ſuā. Uñ dñs dic̄ aīe peccatri
ci Hiere. iij. Tu aūt fornicata es cuꝫ
amatorib⁹ mltis tñ reūtere ⁊ ego ſuſci
piā te. Tercio extēdit ī cruce man⁹
pforataſ ad largiēdū petētib⁹ q̄cq̄d pe
tierint. Uñ Ber. Quiſ nō repareť ad
ſpem ⁊ īpetrādi fiduciā q̄ viderit cor/
pis xp̄i diſpoſitionē in cruce. Habet
enim caput inclinatū ad oſculandū.
brachia extenſa ad amplexandū. ma
nus pforatas ad largiendū. Uñ p̄s.
Dixi dño. deus meus es tu. in mani/
bus tuis ſortes mee. Uide ḡo homo
has manus ⁊ ne deſperes. q̄r q̄cq̄d peti
eris impetrabis. Uñ dñs Joha. xvi.
Petite ⁊ accipietis. De hac manu di
cit Matth. ix. Uenit q̄dam ad ieſuꝫ
dicens Dñe filia mea defuncta ē. veni
⁊ pone manū ſup illam ⁊ viuet. Et ve
nit ihs ⁊ reſtituit ei vitam. Si ergo fi
lia tua.i. aīa tua mortua ē ī pctīs: re/
ſpice illam manū largā ī cruce pfora/
tā: ⁊ iplora ei⁹ largitatē. ip̄e ſine dubio
dabit tibi.i. aīe tue vitā etnā Quar
to dñs in cruce extendit manum ele/
uatam ⁊ erectam ad pcutienduꝫ pec/

catorē ſi nō fuerit ɔ̄uſus ad euz. Un̄ dr̄ de filijs iſrl' qn̄ peccauerūt in pſ. Eleuauit manū ſuā ſup eos vt pſterneret eos i deſto. Exo. iij. Extēdā manū meam ⁊ pcutiā egyptū. i. peccatorē tenebroſum. Hec ē manus dn̄i q̄ pcuſſit de exercitu Sennacherib vna nocte. clxxxv. milia viroꝝ Nota hiſtoriā. iiij. Regū. xviij. Uide ḡo o pctōr hāc manū eleuatā ad pcutiēdū ⁊ ptimeſce.

Quinto extēdit dn̄s man⁹ i cruce depēdētes: ⁊ hoc ad ſuſtinēdū ſiue ſ portādū pctōrē q̄zdiu ē in pctis ne cadat in pfundū inferni. Solet ei aliq̄ndo xp̄s depingi cū manu dextra depēdente i trā ad deportādū pctōrē. Un̄ pſ. Cū ceciderit nō collidet. q2 dn̄s ſupponit manū ſuā Iſtō figuratū ē Mat. xiiij vbi dr̄ q cū Petrus ambularet ſup mare ad dn̄m ⁊ icipet mergi. eo q dubitaret. extendēs ih̄s manū apphendit eū dicens. Modice fidei q̄re dubitaſti. Per petrū ambulātē ſignificatur pctōr q̄ ambulat ſup mare huius mūdi qd̄ plenū ē piculis. hic ſtati cū peccat merito caderet in pfundū īferni ſi de⁹ eū manu miſicordie ſue n̄ ſuſtentaret. Tren. iij. Miſicordie dn̄i q2 nō ſum⁹ ɔſumpti q2 n̄ defecerūt miſeratiōes ei⁹. Sexto oñdit dn̄s in cruce manū aptā ad rficiēdū nos ſua gra ⁊ bn̄dictōe. Un̄ ps. Aperis tu manū tuā ⁊ imples oē anial bn̄dictōne. Glo. Manum. i. benignitatē pōtētie tue. q2 oia in ei⁹ ptāte ſunt. ⁊ imples omne aial. i. rōnale qd̄ pt bn̄dici bn̄dictōe. i. gra tua. puer. xxxi. Manuz ſuam apit inopi. i. pctōri. q2 inops et paup eſt ab omni gra. Manū ſuam apuit in cruce ⁊ adhuc apit oī tēpore ſi pati ſumus grām accipe. hoīs eni3 eſt ppare cor ad recipiendā grām. et tūc patus eſt de⁹ infundere grām: ſic dicit puer. xvi. Uide ḡo manū dn̄i in cruce aptam. ⁊ ppara te ad grām recipiendā. Iſtō figuratū ē Ezech. ij. vbi dixit dn̄s ad Ezechielē. Aperi os tuū ⁊ comede quodcūq3 tibi do. ⁊ apuit ei manū in q erat liber inuolut⁹. Ad litterā fuit cedula ɔuoluta ſic rotul⁹. et dixit dn̄s. Fili hoīs ɔmede volumē iſtud. ⁊ cū ɔmediſſet factū ē in ore ſuo ſic mel dulce. Per manū iſtā ſignificat benignitas dei. p libꝝ iſtū ſignificatur gra dei. q̄ cibat hoīem. ſ3 liber iſte fuit clauſus i manu. p h̄ ſignificat q ītantū dulcedo celeſtis icluſa ē q nulla ligua explicare pt. ⁊ iō ɔpat melli. Un̄ ſeq̄tur. qd̄ factū eſt in ore ei⁹ ſicut mel dulce. Sed anteq̄3 daret ei librū dixit. api os tuum ⁊ iplebo illd̄. i. ppa cor tuū ad recipiēdam grām. ⁊ ego patus ſum tibi infundere eā.

## Dn̄ica tercia pōſt feſtū epiphanie Sermo xxxvij.

n On falſu3 teſtimoniū dices. Ro. xiij. In ep̄la hui⁹ dn̄ice nos docz apoſtol⁹ p̄cepta dn̄i inſtruēs vt ea obſuemus. inter que octauū ē iſtō. No falſum teſtimoniū dices. In q̄ phibet oē mēdaciū. Mendaciū ſm Aug. ē falſa ſignificatio vocis cū intētōe fallēdi

Debem⁹ aūt mēdaciū vitare ppt multa. Prio q2 ſacra ſcptura phibet i diūſis locis. Ecci. vij. Noli velle mētiri oē mendaciū. aſſiduitas eni eius non ē bona. Scd̄o debemus vitare

mēdaciū.q2 pctm̄ ē diabolicū. ꝛ oēs ex cogitātes mendaciū filij ſunt diaboli. Primū enī mēdaciū excogitauit dia bolus ī padiſo qñ dixit. Neq̄ꝙ morie emi ſ3 eritis ſicut dij. Gen. iij. Nota hyſtoriā. Uñ ait dñs de diabolo Jo hā. viij. Uos ex prē diabolo eſtiſ. Cū loq̄r mēdaciū ex ppꝛijs loq̄r. q2 men dax ē ꝛ pr̄ ei⁹. ſ. mēdacij. ꝛ hō mēdax fi li⁹ ē diaboli q̄ztū ad imitatiōez. Joh. viij. Uos ex pr̄e diabolo eſtis ꝛ deſide ria ei⁹ vult; facere. i. mētiri. Tercio q2 mendaciū ē q̄ddā venenū qd̄ occi dit aiam. Sap. i. Os qd̄ mētitur ne cat aiam. Uñ dixit dauid ad adole ſcentē q̄ mētiebat̄ ſe iterfeciſſe ſaul. Os enī tuū locutū ē ꝯ te. ꝛ ſtatim iuſſit eū interfici. Nota hyſtoriā. ij. Regu3. i.

Quarto debem⁹ vitare mēdaciu3 ppt̄ vilitatē ei⁹. vili⁹ enī ꝛ turpi⁹ ē mē tiri q̄z furari. Eccli. xx. Poti⁹ ē fur q̄z aſſiduitas viri mēdacis. i. viri q̄ h3 i ꝯſuetudine mētiri. ꝛ tñ ambo pditiōz hereditabūt. iō peior videt̄ hō mēdax q̄z fur. q2 fur nocet homi in reb⁊ exte rioꝛib⁊. ſ3 mēdax nocet ei in aīa. ſ. qñ facit eū falſu3 credere. etiā i fama ꝛ ho noꝛe q̄ homo pl⁹ diligit q̄z res tpales Et iō bñ d̄r pctm̄ diabolicū. q2 homi aiam famā ꝛ honoꝛē tollit. ꝛ iō ipe cō patur regi ſodomoꝛū. q̄ dixit ad abꝛa ham Gen. xiiij. Da mihi aias cetera tolle tibi. Uñ oēs mēdaces ſunt de fa milia ei⁹. Prou. xxix. Priceps q̄ libēt̄ audit v̄ba mēdacij oēs miſtros h3 i pios. Quinto debem⁹ vitare mēda ciū: quia dñſ illud odit mltū. Prou. vi. Sex ſunt q̄ odit dñs. ꝛ ſeptimu3 deteſtat̄ aīa eius. oculos ſblimes. lin guam mendacē. man⁹ effundētes in noxiū ſanguinē. coꝛ machinās cogita tōes peſſimas. pedes veloces ad cur rēdū in malū. pferentē mēdacia. teſtē fallacē. ꝛ eū q̄ ſemiat int̄ fratreſ diſcoꝛ diā. Qꝫ deus multū odiat mēdaciū ptz in h̄ q2 dñs ſepe mēdaces acrit̄ pu nit. Exēplū in ſaphira ꝛ anania. Act. v. Nō hyſto. Poſt miſſionē ſpūſſcti augebat̄ numer⁹ credentiū. mlti enim vēdit; oib⁊ poſuerūt pciū añ pedeſ apo ſtoloꝝ. Ananias ꝛ ſaphira vēdito a gro ptē pcij p̄ſentauerūt aplis. ꝛ ptez reſuabant. Petrus aūt ſciēs h̄ in ſpū dixit ananie. Dic ſi tāti agꝝ vēdidiſti pcij. q̄ cū diceret ſic. dixit petr⁹. Cur tē ptauit ſathanas coꝛ tuū. et mētiri au des. ꝛ ſtatim cecidit ꝛ expirauit. cū al latū eſſet coꝛpus viri venit mlier. ꝛ ſi bi ſimile ꝯtigit. Ex h̄ ptz quō deo diſ pliceat v̄itatē nō ſuare. Idem ptz in duob⁊ ſenioꝛib⁊ q̄ mēdaciū dixerūt de ſuſanna. Nota hiſto. Dan. xiij. Etiā vult de⁹ q2 ifideli nō mentiat̄ ſed v̄itaſ ſibi ſeruet̄. qd̄ ptz i Joſue: q̄ fregit fe dus qd̄ pmiſſu3 fuit gabaonit;. No ta hyſtoriā Joſue. ix. ꝛ quō eū dñs p pterea puniuit ptz. ij. Reg. xij Se xto debem⁹ vitare mendaciū ppt̄ penā eternā inferni q̄ ſeq̄t̄. pueꝛ. xix. Teſtiſ falſus nō impunit⁹ erit. ꝛ q̄ loq̄t̄ men daciū nō effugiet. Apocal. xxi. Oib⁊ mēdacib⁊ ps illa erit in ſtagno ardēti igne ꝛ ſulphure. Prouer. xx. Suauiſ eſt hoi panis mēdacij. ꝛ poſtea iplebi tur os ei⁹ calculo. Calcul⁹ ē lapis ig nitus. Uñ diues ille q̄ i mēdacijſ mlˀ tū peccauerat i lingua pl⁹ cruciabatur petēs guttā aque ad refrigerādam lin guā ſuam. Unde Salomō pū. xxx. Uāitatē ꝛ mēdacia lōge fac a me dñe

# Dñica tercia poſt epiphanie

Quale pctm̄ ſit mendaciū require in ſumma vicioꝝ ⁊c̄.

De eodem Sermo xxxviij.

ciuitatis hierl'm. Exēplū de quodā de mōe qui dixit de claritate. Reqre i ser. Primū ḡrite regnū dei Circa scdm nota q ciuitas celestis ꝯmēdat a pacis tranq̄llitate. iō interp̄tat hierl'm .i. visio pacis. Pax eni ē ibi pfecta. Isa. xxxij. Sedebit ppl's me⁹ i pulcritudine pac. i requie opulēta. i tabernacul' fiducie. Jō dicit visio pacis. qr ibi videbim⁹ deū q̄ nobis pacē fecit suo sanguine: ⁊ i eius visione pacē habebim⁹ Vn̄ dn̄s ait Joh. xvj. Jn mūdo p̄ssurā habebitis: i me aūt pacē. p̄s. Delectabunt sctī i multitudie pac. Anß. Si pax ⁊ securitas ibi desiderat. ibi ē certe illud gaudiuz qd̄ nunq̄ deficit. certi erūt nunq̄z illud sua spōte amissuros: nec deū ab eis ablatuꝝ: nec aliquid deo potētius deū ⁊ illos sepatuꝝ

Circa terciū notandū q ciuitas celest ꝯmēdat a libertate. vn̄ dr. libera ē Jbi eni hō erit liber ab oi seruitute q̄ mō grauat i hoc mūdo. nūc cogit hominez p̄nceps terre. nūc ꝓp̄a caro ad seruiēdū. Quidā seruiunt pctis. qr q̄ faciūt pctm̄ serui sunt pcti. q̄dā diuitijs sic auari. q̄dā diabolo. ab oib istꝫ liberi sunt ⁊ erūt sctī. Et illā libertatez quā mō hꝫ anim⁹ cogitādi quocūq̄z vult: illā tunc habebit caro et corpus hois. qr i ictu oculi trāsibit ab oriēte in occidentez. ita q nihil obstare possit. neq̄z mur⁹ neq̄z aliqd̄ obstaculuz. ſm q dicit Anß. Erit ciuitatis illius vna i oib ⁊ insepabilis i singul' volūtas libera: ab oi malo liberata ⁊ impleta omi bono fruēs indeficiēter eternorū iocūditate gaudioꝝ. oblita culparū. nec iō sue liberatōis oblita vt liberatori suo nō sit grata. Circa q̄rtū nota q ciuitas celest ꝯmēdat a ciuiū charitate. Vn̄ dr. mr n̄ra ē. q. di. oēs quasi frēs vni⁹ m̄ris ꝯcordabim⁹ ibi ⁊ mutuo diligemus. Tāta erit ꝯcordia ⁊ charitas q q̄libet felicitatē alteri⁹ suā reputat. ⁊ de ea sicut de sua iocūdat. Anß. Jn illa pfecta charitate innūerabiliū angeloꝝ ⁊ hoim null⁹ minus diligit aliū q̄z seipm. Nō alit q̄s q̄z gaudebit ꝓ singulis q̄z pro seipso. Ber. Qd̄ igit i illa celesti ciuitate est singuloꝝ: hoc ē p charitatē oim. vna erit oim ligua. iubilatio idefessa. vn⁹ affect⁹. amor etern⁹. vnuz ibi erit ibi gaudiū. vna pax. sufficiētie eternalis tranq̄llitas. Jbi ei erit āgeloꝝ ⁊ hoim vnū gaudiū. vnū colloquiū. vnū cōuiuiū. Aug. Btā illa ciuitas magnū in se bonū videbit: q nulli supiori nullus inferior inuidebit sicut nunc. sed vnusquisq̄z tantū gaudebit de alteri⁹ felicitate quantū de sua ꝓpria.

## De eodem. Sermo. lxiiij.

Abijt Jesus trās mare galylee. ⁊ seq̄bat eū multitudo magna Joh. vj. Jn istꝫ v̄bis duo sunt ꝯsiderāda. Prio q̄d p mare itelligat. Scdo q̄d p mltitudinē q̄ eū seq̄bat. Circa p̄mū sciēduz q p mare mūd⁹ significat ꝓpt multa. Primo ꝓpt amaritudinē. Nā mare hꝫ aquā amarissimā. et tn̄ pisces in h̄ ꝯcurrētes delectant in h̄ habitare. Sic delectatio hui⁹ mundi amara ē aie. licet hoies assueti nō cognoscāt sꝫ delectēt i eis. Job. xxx. Esse sub sentib delicias cōputabunt. De amaritudine hui⁹ aq̄ dr Apoc̄. viij.

Multi mortui ſſ de aq̄s.i. de mūdi de/
licijs.q2 amare facte ſunt.ſ.p9 mortē.
Prouer.v. Nouiſſima illi9 amara q̄
ſi abſinthiū. Hiere.ij. Uide q3 malū
7 amarū ſit te reliq̄ſſe dn̄z deū tuū. De
delicijs hui9 ſcl'i q3 amare erūt p9 mor/
tē d2 Apoc.xviij. Quātū glificauit ſe
quis 7 fuit in delicijs tantū date ei lu
ctū 7 tormentū.ſicut pt3 i diuite epu
lone Luc.xvj. Exēplū de quodā mo/
nacho qui vidit aīam cuiuſdā diuitis
duci ad infernū. Req̄re i ſer. Gaude/
te in dn̄o. Scd'o mūd9 ꝯpaꝛ mari
ꝑpter inhabitātiū pſecutōꝝ.ſicut em̄
piſces maris habēt multos hoſtes inſi
diātes et pſequētes eos. ſic i mūdo ſſ
multi pſecutores. p̄s. Multi ſunt q̄
pſequūꝛ me.ſ.mūd9.caro 7 diabolus
Mūdus inſidiaꝛ ꝑmittēdo lōgā vi/
tā 7 mētiꝛ. Job.xxj. Ducūt i bonis di
es ſuos: 7 i pūcto ad īfernū deſcēdūt.
Aliqñ inſidiaꝛ dādo ꝓſpitatē in bo/
nis tpalib9 Eſt em̄ mūd9 ſicut iudas
q̄ dixit iudeis. Quēcūq3 oſculat9 fue/
ro ipe ē tenete eum: 7 ducite eū caute.
Ita dicet mūd9 diabol'. quēcūq3 oſcu
latus fuero ꝓſpitate tpali.ipſe ē que3
trado vobis.tenete eū 7 ducite eū cau
te.i. ꝑmittite eū viuere ſm voluntatē
Gre. Cōtinu9 ſucceſſus tpaliū: certū
ē future calamitatis indiciū Scd'o
hoſtis ē caro.iſta inſidiaꝛ ꝑ malas cō
cupiſcētias.ad Gal'.v. Caro cōcupi/
ſcit aduerſus ſpm̄. Ecci.xviij. P9 cō/
cupiſcētias tuas nō eas: 7 a volūtate
tua auertere. Terci9 hoſtis eſt dia
bolus.q̄ inſidiaꝛ i omi loco nobis et i
omi tpe. j. Pe.v. Sobrij eſtote 7 vi/
gilate. q2 aduerſari9 vr̄ diabol9 tanq̄3
leo rugiēs circūit querēs quē deuoret.

Grauis ē iſte hoſtis.q2 nō ē ſol9 ſ3 h3
infinitos ſocios. Un̄ p̄s. Reſpice ini
micos meos qm̄ multiplicati ſunt: 7
odio iniq̄ oderūt me. Exēplū. Quo
dā tēpe btūs Martin9 trāſiuit iuxta
quēdā fluuiū: vidit mltos margos i
flumīe piſcib9 inſidiātes 7 q̄ſdā capi
entes: 7 ait. Forma demonū hec ē. inſi
diāꝛ incautis. capiūt neſciētes. captos
deuorāt. ſaturari nequeunt deuoratis
Tercio ſicī mari nō ē loc9 māſiōis
ſic nec in mūdo. Heb.xiij. Nō habe/
mus hic manētē ciuitatē ſ3 futurā in/
quiram9. Aug. Nihil aliud ē pn̄s vi
ta q3 curſus ad mortē.i q̄ nēo vel pau
lulū ſtare vel tardi9 ire ꝑmittiꝛ. ſ3 pa/
ri mō oēs vrgemur. Felix ē g̃ qui edifi
cat i alia vita certā manſionē ex q̄ hic
manſionē diu h̄re nō poterit. Exē/
plū legiꝛ ꝙ q̄dā dux grecoꝝ cū eēt i ex
tremis: reſpiciēs domos et caſtra ſua
ingemiſcēs dixit. O dn̄e de9 quantu3
ꝯtēnēd9 ē mūdus. q2 ego q̄ tot habui
caſtra 7 palacia in q̄b9 ſolebā habita
re 7 hoſpitari: mō neſcio vbi hac no/
cte debeo deuenire: 7 quis debeat me ho
ſpitare. Quarto ſic ſunt mlta ꝑicu
la i mari: ſic i hoc mūdo ſunt mlta ꝑi
cula. Bern̄. Pericula hui9 mūdi pro
bat trāſeūtiū raritas 7 ꝑeūtiū multi/
tudo. amas ſcl'm abſorbebit te. ama/
tores ſuos ſolet vorare. nō ꝑcere illis
Multo ꝑicl'oſior ē mōs q3 verū mare
q2 i vero mari ſubmergiꝛ tm̄ corp9. in
mūdo ſubmergiꝛ aīa. Et inꝛ multas
naues 7 hoīes nauigātes in mari vix
ſubmergiꝛ vnus. ſed in h' mūdo inter
multos vix ſaluabiꝛ vn9. Exēplū.
Quidā cl'ic9 āmōit9 a ſuo epo vt alijs
bn̄ficijs reſignatis vnū tm̄ reſeruaret.

Qui ait. tēptabo vtrū plib⁹ bñficijs poſſiũ ſaluari. Tūc eps adiurās pcepit ei vt ad eū rediret ⁊ de ſtatu ſuo reuelaret. Mortu⁹ q̄ appuit epo dicēs eťnaľr ſe damnatū ppť auariciā. Et p⁹ mľta q̄ſiuit ab eo dicens. Uiuit ne adhuc aliq̄s ſup terrā? Cui rñdit eps Quō ſic q̄ris? qui dixit. Certe poſtq̄ fui mortu⁹ mľtitudo mag̃ ad infernū deſcēdit ꝙ nō credebā tot hoies eſſe i mūdo. Puito ꝯpaľ mūd⁹ mari. q̄ ſic nēo pt trāſire mare niſi p nauim vt ad litt⁹ pueniat. ſic nēo pt trāſire picula hui⁹ mūdi vt ad vitā eťnā pueniat niſi p nauim pnie. Sap. xiiij. Tranſeūtes mare p ratē. i. nauim libati ſť. Per nauim iſtā ſignificaľ pnia. Lu. xiij. Niſi pniam egeritis oēs ſiľ pibitis. Et ſic i mari ſecurior ē magna nauis q̄ pua. ſic ſecurior ē magna pnia q̄ pua. Hoc mare trāſiuit xps p magnā pniam et grauē quā egit p noſtrꝭ pctis ⁊ nō p ſuis. Ber. Age pniam h̄ tibi p̄dicat ſtabulū. hoc tibi pſepe clamat. h̄ mēbra infantilia loquūť. h̄ lacrime et vagit⁹ euangelizāt. Iſa. xliij. Seruire me feciſti i pctis tuis. i. ppť pctā tua: ⁊ p̄buiſti mihi laborē i iniq̄tatib⁹ tuis. q. d. ppter iniq̄tatē tuam laborē pnie ſuſtinui. Et ſeq̄baľ eū mľtitudo magna. i. oēs ſcti p tribulationes ⁊ paſſiones ad regnū celoꝝ puenerūt. Bern. Facta p̄cedētiū patꝝ recolamus. ⁊ nō erunt grauia q̄ toleramus. Exemplū de quodā iuuene q̄ religionē ſuſtinere nō potuit ſed exiuit. cui occurrit xps. Require in ſermōe. Oia quecunq̄ ſcripta ſunt.

Feria quarta poſt Letare.

Sermo. lxiiij.

p

Preteriēs ieſus vidit hoiem cecū a natiuitate ⁊c. Per cecum iſtū ſignificaľ hō peccator. pctm̄ eīm excecat hoiem. Sap. ij. Excecauit eos malicia eoꝝ. Sciēdū aūt ꝙ q̄nq̄ ſť pncipaľr pctā q̄ excecāt hoiez. Primū ē auaricia. ⁊ h̄ figuratū ē Thob. ij. vbi dr̄. ꝙ ſtercora hyrūdinū ceciderūt ſup oclos thobie. et cec⁹ fact⁹ ē. Thobias iterp̄taľ duct⁹ ad luctū. ⁊ in pn̄ti vita ppť ꝯtinuā curā. ⁊ i futuro ppť eťnā damnatiōz. Stercora hyrundinū ſť tpalia bōa. ad Phil. iij Oia arbitror vt ſtercora. Iſta excecant hoiez ꝙ nō cognoſcit deū creatorē ſuū. Exēplū Uſurari⁹ q̄dā i agone iacēs rogat⁹ eſt ab amicꝭ ſuis ꝙ deū inuocaret. ⁊ oſtēderūt ei imaginē crucifixi dicētes vtrū cog̃ſceret. Rñdit. nō cog̃ſco illū ligneum ihm: ſz illū argēteū quē habeo p vadio i ciſta repoſitū. et i tali cecitate mortu⁹ eſt. Un̄ Exo. xxiij. Nō accipias munera q̄ excecant etiā prudētes.

Scōm pctm̄ qđ excecat hoiez eſt ſupbia. Iſtđ figuratū ē i Sedechia q̄ regali dignitate elat⁹ alij regi. ſ. babylonie ſubdit⁹ eē noluit. iō cepit eū ⁊ eruit ſibi oculos. Sic oēs ſupbi q̄ nolūt ſubditi eē: ſz ſp volūt ſe alijs pferre ceci ſunt. q̄ videľ eiſ ꝙ tales ſunt q̄les nūq̄ erūt. Un̄ dictū ē cuidaz ſupbo q̄ gliabaľ ꝙ nulli⁹ indigeret Apoca. iij. Tu dicis diues ſum ⁊ nullius egeo. ⁊ neſcꝭ q̄ miſer es ⁊ miſerabilis paup nud⁹ et cec⁹. Glo. Miſer es in vita. miſerabił i fama. ⁊ paup i bonꝭ opib⁹. ⁊ nud⁹ v̄tutib⁹. ⁊ cec⁹ q̄ decept⁹

es.eo ꝙ tpalia pmanētia credis. Exē/
plū i Alexandro magno: q̊ adeo exce
cat⁹ fuit ꝑ ſupbiā. ꝙ cū oēs regiōes ſi
bi ſbiugaſſꝫ volebat adire padiſum.
Reqre i ſer. Qui ſe exaltat hūiliabit᷑.
dñica p⁹ trinitatꝭ. Terciū pctm̄ qđ
excecat hoiēꝫ ē luxuria Iſtđ figuratū
ē Judicū.xvj. i dalida meretrice q̄ ex
cecauit ſamſonē. Dalida meretrix ſi/
gnificat luxuriā ſiue carnis ↄcupiſcē/
tiam. Per ſamſonē q̊ eā adamauit ſi
gnificat᷑ q̊libet pctōꝛ qui ſequit᷑ ↄcupi
ſcētiam ſue carnis. Ipa tradit euꝫ in
manibꝯ īimicoꝝ ſuoꝝ. i. demonū. Ec/
cli.xviij. Poſt cōcupiſcētias tuas nō
eas: ⁊ a volūtate tua auertere. Si p̄/
ſtas aie tue. i. vite ↄcupiſcētias. faciet
te i gaudiū inimicꝭ tuis. ſic patuit in
ſamſone ꝙ īimici ei⁹ excecauerūt eū et
illuſerūt ei. Gre. Carnal' delectatō mē
tē quaꝫ inficit ꝓſtituit: videre veri lu/
mis claritatē ne valeat. ſed vñ inferi⁹
delectat᷑: inde ad ſupnā caliginē faſcia
tur. Sic excecati fuerūt duo iudices
qui i ſuſannā exarſerūt. De quibꝯ dꝛ
Dañ.xiij. Declinauerunt oculos ne
viderēt celū. nec recoꝛdarent᷑ iudicio/
rū iuſtoꝝ. Aug. Ve eis dñe qui auer
terūt ſe a lumine tuo. et defixi ope car/
nali delectātur. Sic excecata fuit illa
mulier q̄ ſeipſaꝫ ob amoꝛē interfecit.
Require poſtea i ſmōe. Nō ſim⁹ ↄcu
piſcētes. Quartū pctm̄ qđ excecat
hoiem eſt ira. Vñ Job.xvij. Caliga/
uit ad indignatōꝫ ocul⁹ me⁹. Grego.
Per irā veritatꝭ lux amittit᷑. ſic ſcptū
ē. Sol nō occidat ſup iracūdiā vꝛaꝫ.
Cui mēti iracūdia ↄfuſiōis tenebraſ
mittit: huic deus radiū ſue cognitōis
abſcōdit. Idē Gre. Diabol⁹ ſctōs vi/
ros quos i tēptatione vincere nō pōt
ꝑ iraꝫ ſepe nitit᷑ eos excecare: vt ſic eos
tanq̃ꝫ cecos ducat ad foueā pcti. Vñ
Sophonie.j. Tribulabo eos ⁊ am/
bulabūt vt ceci. Diabolus em̄ facit ſi
cut piſcatoꝛ qui ꝑturbat aquā vt pi/
ſces nō videtes hamū intrēt Et ſicut
coꝛuus veniens ad cadauer p̄mo eru
it ſibi oculos. ſic diabol⁹ p̄mo excecat
hoies ꝑ irā ne lucē veritatꝭ agnoſcāt
Vñ Catho. Impedit ira aīm ne poſ/
ſit cernere verū. Et tūc inclinatus eſt
ad omne malū. ſ. peccatū. Iratus em̄
nō pcit patri nec mr̄i. ſoꝛoꝛi nec fratri
Quintū pctm̄ qđ excecat hominē
eſt inuidia. Inuidēs em̄ nō videt bo/
nū ꝓximi ſui. ⁊ quicq̊d malū ē hoc vi
det. ⁊ hoc ↄſiderat ⁊ hoc recitat. Qđ
figuratū eſt. j. Regū. iiij. ꝑ Hely. qui
nō poterat videre lucernā dñi anteq̃ꝫ
extingueret᷑. et tūc vidit eam extinctā
quā p̄us nō vidit ardentē. Sic inui
dus nō videt bonū opus ⁊ lucidū ꝓ/
ximi ſui: ſed extinctū ⁊ malū. vñ Gre.
Mēs inuidi cū alieno bono affligit᷑
de radio ſolis obſcurat᷑. Ipſi ei ſunt q̊/
ſi noctue lucē bonoꝝ opeꝝ videre non
valētes: ſed maloꝝ opeꝝ tenebras ſp
ↄſiderātes. Eccli.xiiij. Nequā ē ocu/
lus inuidi. qꝛ non pōt videre bonū al
teri⁹. Vñ Mat.xx. An ocul⁹ tuus ne
quā ē qꝛ ego bon⁹ ſum? Bon⁹ eſt dñs
qꝛ dat vnicuiq̃ꝫ ſm ſuam miſcdiam.
Sed nequā ē oculus inuidi. qꝛ hoc
videre non pōt ꝙ dñs ꝓximo dederit
pl⁹ q̃ꝫ ſibi. Gre. Attēdant inuidi q̄n
te ſint cecitatis. q̊ a ꝓfectu alieno defi/
ciūt. ⁊ aliena leticia ↄtabeſcūt. ⁊ de ali
ena melioꝛatōe deterioꝛes fiunt. Ex
emplū. Duo viri venerūt ad q̊ndaꝫ

regē petētes ſibi ſbueniri. vn⁹ eoꝝ erat inuid⁹ ⁊ alter auar⁹. Et rn̄dit rex φ q̄c quid vn⁹ peteret hoc ſibi daret ſimpliciter ⁊ alteri daret duplicit̄. Auarus aūt diſtulit petere cupiēs ſibi duplicē portionē dari. Inuid⁹ aūt inuidit ſibi duplū dari. ⁊ ſic petijt ſemetipm̄ vno oc̄lo ꝑuari vt ſic ſoci⁹. ſ. auar⁹ ambobꝫ ocul̄ ꝑuaret̄. et ſic factū ē. Vn̄ verſus. Inuidus vt noceat in ſua dāna meat. Pctōr aūt excecat⁹ a pctōꝝ ſordibus mult̄ modis illuminat̄. Aliqn̄ p corpis afflictōem. Gre. Oc̄los q̄s culpa claudit pena aperit. Iſtud figuratū ē in Balaā qui nō vidit angelū. ſed poſtq̄ ꝑcuſſus fuit aſin⁹. i. corp⁹. Per pphetā aīa ſignificat̄. ꝓpheta em̄. i. aīa. nō videt angelū. i. deū nō cognoſcit niſi ꝑus aſinus. i. corp⁹ ꝑcutiatur p infirmitates et tribulationes. Exēpluꝫ i rege Nabuchodonoſor. q̄ dū deū ſuū nō cognoſceret dictū eſt ſibi. Fenū vt bos comedes: ⁊ ſeptē tpa mutabunt̄ ſup te donec ſcias φ altiſſim⁹ dn̄et̄ i regno hoīm Dan̄. iiij. Nota hyſtoriā. Reqre poſtea i ſermone. Nō ſim⁹ ꝯcupiſcētes. vel Nō ſunt cōdigne. Scd̄o illumiat̄ pctōr p diuinā inſpiratōem. Iſtud figuratū eſt Act̄. ix. in Paulo: quē dn̄s ꝑcuſſit in via: ⁊ factus ē cecus. ⁊ miſit ei ꝓphaꝫ ſuū. ſ. Ananiā. i. gr̄am ſuā. qui dixit. Dn̄s ih̄s xp̄s miſit me ad te q̄ apparuit tibi in via: vt videas et implear̄ ſpū ſctō. Et ſicut Paulus recepit lumē poſt triduū. ſic pctōr poſt triduūꝫ pnie recipiet lumē gr̄e. ſ. poſt ꝯtritōꝫ. ꝯfeſſionē ⁊ ſatiſfactionē. Aug. Penitentia cecis viſum reſtituit. vicia fugat. ꝟtutes exornat. menteꝫ munit et roborat. Tercio illuminat̄ peccator p mortis ꝯſiderationē. Iſtō q̄ꝫ figuratū eſt p hoc φ dn̄s cecū illumiauit. ⁊ ſup oculos eius liniuit lutū. ſic peccator debet ponere lutū ſup oc̄los cordis ꝯſiderando ſe de luto factuꝫ. Vn̄ Job. xxx. Compatus ſum luto: ⁊ aſſimilat⁹ ſum fauille ⁊ cineri. Ber. Stude cognoſcere teipm̄. qꝛ melior es cuꝫ teipm̄ cognoſcis q̄ꝫ ſi te neglecto curſum ſiderꝫ cognoſceres. Gre. Quāto q̄s ſeipm̄ min⁹ videt ⁊c̄. Require i ſermone. Si decet. Quarto illumiat̄ peccator p ꝯfeſſiōis lotionē. Iſtud figuratū eſt i hoc φ cū dn̄s illuminarꝫ cecuꝫ dixit ei. Uade ad natatoria ſyloe: ⁊ laua. q̄ abijt: lauit et vidit. Aq̄ ſyloe vadūt cū ſilentio. ⁊ ſignificāt cōfeſſionē q̄ debet fieri ſub ſilētio in aq̄s. id eſt ꝯfeſſione. ſic debet ſe pctōr lauare ⁊ illuminabit̄ in aīa. et lumē gratie ⁊ cognitōis recipiet. Exemplū in diabolo qui vidit hoīes immūdos accedere ad ꝯfeſſionē. ⁊ claros ⁊ mundos redire. Quinto illuminat̄ pctōr p paſſiōis xp̄i recordatōeꝫ. Iſtud figuratū ē p Thobiā q̄ illuminat⁹ erat p fellis vnctionē. Fel qd̄ eſt amarū ſigt̄ amariſſimaꝫ xp̄i paſſionē. Matth. xxvij. Dederūt ei bibere vinū cuꝫ felle mixtum. Iſto felle debet hō vngere oculos cordis ſui Tren̄. iij. Recordare pauptatis ⁊ tranſgreſſiōis mee: abſinthij ⁊ fellis. Certe ſi hō vellet illaꝫ amariſſimaꝫ chriſti paſſionē videre: inueniret vtiq̄ꝫ i ſe φ modicū eſſet qd̄ p chriſto pateret̄. Inueniret etiam q̄ꝫ graue ſit peccatū p quo chriſtus tanta voluit pati ⁊ talia ſuſtinere. Rogemus dn̄m ⁊c̄.

BIBLIOTEKA GŁÓWNA w Poznaniu Uniw. im. A. Mickiewicza

## Feria ſexta poſt Letare. Sermo.lxv.

**Amus ⁊ noſ** ⁊ moriamur cū eo.i.cū dn̄o nr̄o ihū xp̄o Joh.xj. Uerba ſunt bti Thome apl'i ad ꝯdiſcipl'os. In q̄b⁹ hortat̄ eos vt cū dn̄o moriāt̄ Sciēdū aūt ꝙ q̄dā moriūt̄ i dn̄o. q̄dā ꝑ dn̄o. q̄dā cū dn̄o. q̄daꝫ a dn̄o In dn̄o moriūt̄ oēs boni xp̄iani q̄ i fide xp̄iana ſine pctō mortali decedūt. De talib⁹ dr̄ Apoc.xiiij. Bti mortui qui i dn̄o moriūt̄. Sꝫ attendēdū ē ꝙ null⁹ p̄t mori i dn̄o niſi vixerit in dn̄o Sic em̄ i hoie nō p̄t mori aliqd̄ mē/broꝝ niſi qd̄ vixerit i hoie. ſic nullus pōt mori i dn̄o nr̄o ihū xp̄o niſi fuerit mēbꝝ ihū xp̄i Debem⁹ aūt viuere i xp̄o q̄ttuor modis. Pri͂o ſic̄ mēbꝝ in corpe. Scd̄o ſic̄ ram⁹ i vite. Tercio ſi cut piſc̄ i aq̄. Quarto ſic̄ ſalamāder i i igne. Pri͂o debem⁹ viuere i xp̄o ſicut mēbꝝ i corpe ꝑ fraťnā ꝯpaſſioꝫ. ſicut em̄ cū vnū mēbꝝ patit̄ ꝯpatiunt̄ oīa mēbra: ſic̄ dicit apl's. Sic nos oēs de/bem⁹ inuicē ꝯpati. vt ſi vn⁹ nr̄m patit̄ ꝯpati debem⁹ ei. Un̄ apl's Roma.xij. Oēs vnū corp⁹ ſum⁹ i dn̄o. alt̄ aūt al teri⁹ mēbra Scd̄o ſic̄ ram⁹ i vite ꝑ firmā adheſionē. q2 palmes ſepat⁹ a vite inutil' ē et in ignē ꝓijcit̄. Joh.xv. Ego ſum vitꝭ: vos palmites. ſic pal/mes nō pōt facere fructū niſi māſerit i vite: ſic nec vos niſi i me manſeritis Manete i me ⁊ ego i vob̄. q̄ manet i me ⁊ ego i eo: hic fert fructū multū. q2 ſine me nihil poteſtꝭ facere. nihil me/ritoriū ſaltē. Si q̄s in me nō māſerit mittet̄ foras ſic̄ palmes ⁊ areſcet. ſup ple abſciſa. Glo. Et colligēt eū angeli i iudicio vel i morte: et in ignē mittēt. Tercio ſicut piſcis i aq̄. piſcꝭ q̄cūqꝫ ſe diuertit ſp̄ hꝫ aquā pn̄tē ⁊ an̄ oculos Sic etiā hō dꝫ viuere i hᵒ ſclō q̄ſi i aq̄ q2 de⁹ ſp̄ ē pn̄s ⁊ vidēs oīa opa ſua: co gitatiōes ⁊ deſideria. Prouer.xv. In om̄i loco oculi dn̄i ꝯtēplant̄ bonos ⁊ malos. ad Heb.iiij. Oīa nuda ⁊ ap ta ſunt ocul' ei⁹. Quarto ſic̄ ſalaman/der i igne q̄ nō p̄t viuere niſi ſit i igne. ⁊ qn̄ exit ignē ſtatim morit̄. Sic qui vult viuere i dn̄o ſp̄ dꝫ eē i igne chari tatꝭ. q2 q̄ charitatē nō hꝫ licet viuat i corpe: in aīa tn̄ mortu⁹ ē. j. Joh.iiij. De⁹ charitas ē et q̄ manet i charitate in deo manet ⁊ de⁹ in eo. Predictꝭ ꝑ q̄t tuor modis debem⁹ viuere i dn̄o. ⁊ tūc poſſum⁹ mori in dn̄o. ⁊ tūc erim⁹ de ill' de q̄b⁹ dr̄. Bti mortui q̄ i dn̄o moriū tur. Apoc.xiiij. In ip̄o ei viuim⁹ mo rimur ⁊ ſum⁹. Quidā aūt moriunt̄ ꝓ dn̄o ſiue ꝓpt̄ dn̄m. Quoꝝ tria ſꝫ ge/nera. Primi ſunt ſcti martyres q̄ ꝓ/pter dn̄m ſunt martyriſati. q̄ꝝ aliqui ſunt ſubmerſi. aliq̄ occiſi. aliq̄ ſuſpēſi. aliqui aſſati. aliqui rotati. aliq̄ excori ati. Scd̄i ſunt qui mortē deſiderāt ꝓ pter xp̄m ſuſtinere. q̄ ꝑſecutōnes. tri/bulatōes. infirmitates. paupꝛtates ⁊ hm̄ōi patiēter ſuſtinēt ꝓpt̄ xp̄m. De quib⁹ p̄s. Dn̄e ꝓpt̄ te mortificamur tota die: eſtimati ſum⁹ ſic̄ oues occiſi/onis. Oues q̄ ducūt̄ ad occiſiōeꝫ nō clamāt nec repugnāt. ſic ſcī patiēter ſi ne maledictōe. ſine repugnatōe adū/ſa ſuſtinere ꝓpter xp̄m debēt. ⁊ ſic mo/riunt̄ ſp̄ūalit̄ ꝓ dn̄o. Greg. Sine fer ro ⁊ flāma martyres eſſe poſſumus ſi

patiētiā i aio ꝑacit ꝯſuam⁹. Tercij q̄
ꝓ dn̄o moriūt ſc̄ q̄ ꝑ abſtinentiā ⁊ ma
ceratōꝫ carnē ſuā. i. carnalia deſideria
mortificāt. Col. iij. Mortificate mē/
bra v̄ra q̄ ſunt ſup t̄rā. fornicatōꝫ. im
mūdiciā. libidinē. ꝯcupiſcētiā malā:
⁊ auariciā q̄ ē ydolorꝝ ſuit⁹. ꝓpt̄ q̄ ve
nit ira dei i filios diffidētie. i qb; ⁊ voſ
ambulaſtꝭ aliqn̄ qn̄ vixiſtꝭ i ill̄. Talis
mortificatio corpis ē vita aīe. Rom̄.
viij. Si ſm̄ carnē vixeritꝭ moriemi. ſi
aūt ſpū facta carnis mortificaueritis
viuetꝭ Quidā ꝟo moriunt cū dn̄o.
q̄ꝝ duo ſunt genera. Primi ſt̄ q̄ mor
tē xp̄i i ꝯtinua mēoria hn̄t ꝑ cordiſ cō
paſſiōeꝫ. Phil. ij. Hoc ſentite i vob.
ſupple ꝑ cordis ꝯpaſſiōeꝫ: qd̄ ⁊ i xp̄o
ih̄u fuit ꝑ crucꝭ paſſiōꝫ. Ber. Quid ē
hō ꝙ n̄ ꝯpaterꝭ paſſiōi xp̄i. n̄ ꝯdoles
ei⁹ dolori. nō ploras i ei⁹ flagell̄. nō ge/
mis i ei⁹ erūnis. cū oīs creat̄a ei⁹ paſſi
oni ſit ꝯpaſſa. aer obſcurat⁹ ē. ſol in te
nebras ꝟſus ē. petre ſciſſe ſt̄. apta ē tel
lus cū apiret lat⁹. ⁊ dū celeſtꝭ ſol more
ret i terrꝭ: ſol t̄ren⁹ horrebat i cel̄. Qui
ḡ xp̄o ꝯpatit morit cū eo. Scd̄i q̄ mo
riunt cū dn̄o ſt̄ illi q̄ ita deo ꝑ charita/
tē ſunt ꝯiūcti ꝙ nulla mors a deo p̄ōt
eos ſepare. Ro. viij. Quis nos ſepa/
bit a charitate xp̄i: an tribulatio. i. af/
flictio corpis. an anguſtia. i. tribl̄atō
mētꝭ. an fameſ. an piculū. i. met⁹ mor
tis. an gladi⁹. i. mors. q. d. nullo mō
pn̄t iſta ſepare hoīeꝫ hn̄tē charitatē a
deo. Cātꝭ. viij. Fortis ē vt mors dile
ctio. Glo. imo fortior. q: ꝓpt̄ amorē
dei hō nō ꝯtēnit mortē. Aug⁹. Nihil
forti⁹ hoīe hn̄te charitateꝫ. amātē em̄
nulla pena nulla mors p̄t ſepare a deo
ſꝫ cū eo pat⁹ ē mori. Un̄ ait Pet⁹ Lu.
xxij. Dn̄e pat⁹ ſuꝫ tecū i mortē ⁊ i car/
cerē ire. qd̄ vtiqꝫ feciſſet ſi fragilitas ꝑ
miſiſſꝫ ⁊ ſi deo placuiſſet. Quicūqꝫ ḡ
ſic morit cū xp̄o paſſiōi ſue ꝯpaticedo
vel pat⁹ eſt ꝓ eo mortē ſuſtinendo: ille
etiā viuet cū xp̄o. Ro. vj. Si mortui
ſum⁹ cū xp̄o: credim⁹ ꝙ ſil̄ viuem⁹ cuꝫ
xp̄o. Eq̄tas em̄ exigit vt q̄ cuꝫ xp̄o ſu
ſtinuit: cū xp̄o regnet. ij. Thimo. ij.
Si mortui ſum⁹ cū xp̄o cōuiuem⁹. ſi
ſuſtinebim⁹ et ꝯregnabim⁹. Un̄ Col.
iij. Mortui eni eſtis ⁊ vita v̄ra abſcō
dita ē cū xp̄o in deo. Cū xp̄s appuerit
tūc ⁊ vos apparebitis cū ip̄o in glīa.

Quarto q̄dā moriūt a dn̄o. Ezec.
xviij. Aīa q̄ peccauerit ip̄a moriet. vi/
delicꝫ illi q̄ ꝑ pctm̄ a deo ſepant. tales
licet viuāt i corpe: mortui tn̄ ſt̄ in aīa
Aug⁹. Sic vita corpis ē aīa: ita vita
aīe ē de⁹. Sic ḡ morit corp⁹ qn̄ ab eo
ſepat aīa: ita aīa morit qn̄ ſepat ab ea
de⁹. ⁊ h̄ fit ꝑ pctm̄. Iſa. lix. Iniq̄tates
v̄re diuiſerūt int̄ deū et vos. i. diuiſert
⁊ ſepauerūt vos a deo veſtro. Et tales
moriūt a dn̄o. ⁊ ſignificati ſunt ꝑ La
zarꝝ q̄ moriebat abſente dn̄o. Si em̄
dn̄s fuiſſet apd̄ eū nō fuiſſet mortu⁹
Jō dixit Martha ad ih̄m. Dn̄e ſi fu
iſſes hic. i. apd̄ frēm meū: frat̄ me⁹ nō
fuiſſet mortu⁹. In q̄ ſpūalit̄ intelligit
ꝙ ille cū q̄ ē de⁹ nō morit i aīa. ſꝫ a q̄ ſe/
pat de⁹ ꝑ pctm̄ ille morit. Et bn̄ ꝑ mor
tuū lazarꝝ ſignificat pctōr mortuus i
aīa ꝓpt̄ duo. Primo rōne fetoris. ſic
eni iſte lazar⁹ fetebat i cōſpectu hoīm.
ita pctōr fetet i ꝯſpectu dei ⁊ angelorꝝ.
Johel. ij. Aſcēdet fetor ei⁹. i. pctōris.
et aſcēdet putredo ei⁹: q: ſupbe egit. i.
ꝯ dn̄m ſupbe peccando ſe erexit. Et iō
fetor ei⁹ aſcēdit ad dn̄m. Ber. Nūqꝫ

fetuit vnus putrid⁹ canis in cõſpectu hoim ſicut pctõꝛ i ↄſpectu dei et angelorũ. Exemplũ in vitaſpatrꝝ de angelo qui obturauit nares i ↄſpectu pctõris. Require i ſer. Nõ ſim⁹ ↄcupiſcentes maloꝝ. Scđo rõne ſtricte ligatõis. qꝛ ſic lazar⁹ erat ligatus manib𝔷 ꝛ pedib𝔷 inſtitiſ. ſic pctõꝛ ligatus ē peccatorũ vincul. puer. v. Iniqtates ſue capiũt impiũ: ꝛ funiculis pctõꝝ ſuoꝝ ↄſtringeť. Ita ligať pctõꝛ vincul pctõruꝫ ꝙ p ſemetipm redire vel reſurgere nõ pt niſi diuia grã adiuueť. Oſ. xiij. Perditio tua ex te ē. tm̃mõ ex me auxiliũ tuũ Dñs aũt ſp patus ē nos adiuuare ꝛ viuificare ſicut Lazarꝝ viuificauit ſi a morte pctĩ liberari cupim⁹ Dicat ĝ q̃libet pctõꝛ qui mortuus ē pctõ cũ ps. Dñe viuifica me. Et ſi pfecto corde credit ꝛ in deũ ſperat vitaꝫ recipiet. Joh. xj. Qui credit in me etiam ſi mortuus fuerit viuet ꝛc.

Dñica i paſſione. Sermo. lxvj.

# Si ſanguis

hircoꝝ aut thaurorũ ꝛ cinis vituloꝝ aſpſus inqnatos ſctificat ad emũdatõꝫ carnis. q̃nto mag' ſanguis xpi qui p ſpm ſcm ſemetipm obtulit imaculatũ deo viuenti emũdabit ↄſciaꝫ nr̃aꝫ ab opib𝔷 mortuis. i. pctis. Heb. ix. In veteri teſtamẽto p̃ceptũ fuit ꝙ qui tãgebat mortuũ immũd⁹ erat ſeptẽ dieb𝔷 ꝛ a ↄſortio hoim ſepabať. ꝛ ſeptĩa die aſpgebat eũ ſacerdos ſanguine hircoꝝ vel thauroꝝ. ꝛ mũdus tũc habebať. Xps autẽ vt mũdaret nos a pctis noſtris nos aſpſit ñ ſanguĩe hircoꝝ aut thauroꝝ: ſꝫ lauit nos ꝓpꝛio ſanguĩe. In p̃dictis aũt v̈bis poſſum⁹ notare vtilitatẽ ſanguis ꝛ paſſiõis xpi. Eſt autẽ mltiplex vtilitas i ſanguĩe xpi. Pͥa tangiť hic. ſ. ꝙ lauit nos a pctis nr̃is. Ber. Mittiť fili⁹ altiſſimi. fili⁹ r̈gis occidi iubeť vt vulnera nr̃a p̃cioſo ſui ſanguis balſamo medereť. Gen⁹ humanũ erat adeo vulneratũ p pctm̃ ꝛ ĩfectũ lepꝛa: ꝙ a plãta pedis vſqꝫ ad v̈ticẽ capitis nõ erat i eo ſanitas: ſic dꝛ Iſa. j. Et ita vulnerat⁹ ē xps ꝙ a capite vſqꝫ ad pedes nihil i eo erat ſanitatis: ſicut dic Bern̄. Et effudit ſanguinẽ ſuũ ex oĩb𝔷 mẽbr' vt nos a lep̃ mũdaret. Exẽplũ. Erat quidã rex qui hẽbat famulũ qui infect⁹ erat lep̃. ꝛ dictũ ſibi erat a medic' ꝙ nõ poſſet ſanari niſi balneareť ꝛ lauareť in ſanguine hũano. et cũ nullũ amicũ hꝛet q̃ p eo ſanguinẽ ſuũ fũdere vellet. venit dñs ꝛ fecit ſe occidi. ꝛ ſanguine ſuo ſeruuꝫ ſuũ ſanauit. Quis audiuit vnq̃ꝫ talẽ charitatẽ? Rex iſte xps ē. ſeruus hõ: q̃ infectus erat lepꝛa. ꝛ a ↄſortio dei ꝛ angeloꝝ eiectus tanq̃ꝫ leproſus a cõſpectu hoim. ꝛ nullũ habuit amicũ q̃ eũ ſanare poſſet. et miſertus fili⁹ dei venit in hũc mundũ: ꝛ effudit ſanguinẽ ſuum ſeptẽ vicib𝔷: vt eũ a ſeptẽ peccatis mortalib𝔷 mũdaret. Require i ſmõe Sument de ſanguine. Scđo ſanguiſ xpi redemit nos de ptãte tenebꝛarũ. Zacha. ix. Tu aũt i ſanguĩe teſtamẽti. i. xpi filij tui: eduxiſti vinctos d̃ lacu. i. de lymbo. Col. j. Eripuit nos d̃ ptãte tenebraꝝ. ꝛ tranſtulit nos in regnũ filij ſui. q̃d. ſ. regnũ filius ſu⁹ ſanguine ſuo emit. Apocal. v. Occiſus es dñe: ꝛ redemiſti nos i ſanguĩe tuo.

O q̄ꝫ p̄cioſe redemptus eſt hō.j. Pe
tri.j. Nō corruptibilibꝫ auro ⁊ argē/
to redempti eſtis: ſed p̄cioſo ſanguie
agni incōtaminati.i. imaculati Jhu
xpi. Qd nō attēdūt multi qui p mo/
dica delectatōe diabolo aīas ſuas vē/
dūt. Aug. Attende o hō ne tibi vile/
ſcas. Bern. Nō gutta ſed vnda ſan/
guis p q̇nqꝫ ptes corpis largiter ema
nauit qn̄ te xps redemit. Pro iſta re/
dēptōe tenemur ei ad ppetuā ſeruitu/
tē quā requiret a nobis in die iudicij.
Chriſ. Xps exprobrabit i iudicio Re
quire i ſmōe. Videbūt filiū hois Za
cha.xij. Plāgēt ſup ſe plāctū magnū
quaſi vnigeniti. qꝛ innocēs dn̄s occi
ſus ē. Tercio ſanguis xpi ē nob ad
iutoriū ꝯtra hoſtes. Habem⁹ em̄ tri/
plicē hoſtē. Primus eſt caro q̄ impu
gnat nos p ꝯcupiſcentias malas. ad
Gal.v. Caro ꝯcupiſcit adūſus ſpm̄.
Sed ſanguis xpi mortificat oēs car
nales mot⁹. Jſtud figuratū eſt Exo.
vij. vbi dꝛ: Eleuās Moyſes virgā p
cuſſit aquā fluuij. ⁊ vſa ē in ſanguinē
⁊ piſces qui erāt i flumie mortui ſunt
Per piſces ſignificant mot⁹ carnales
vel ꝯcupiſcētie que nutriunt in aquis
deliciaꝝ. Et tūc aque i ſanguinē vtū/
tur: ⁊ piſces moriunt qn̄ ad memori/
am dnice paſſionis delicie refrenāt. et
motus carnis depmunt. Bern. Viſa
xpi paſſione quis tā delicioſus qui ſe
nō abſtineat. quis tā luxurioſus qui
ſe nō ꝯtineat Exēplū de quodā qui
multū tēptabat a ſpū fornicatōis. et
an̄ crucifixū liberat⁹ ē. Require in ſer.
Mulier chananea. Scd̄s hoſtis
eſt mūdus: qui impugnat bonos per
aduerſa ⁊ tribulatiōes. Joh.xvj. Jn
mūdo p̄ſſurā habebitis Has dꝫ vin
cere ſanguine Jhu xpi. Jſtud figura/
tum eſt Apocal.xix. vbi vidit Johes
xpm ⁊ veſtit⁹ erat veſte aſpſa ſanguie.
p qd ſignificat corpus ei⁹ cruētatuꝫ. ⁊
ſequebat eū multitudo. p qd ſignifi/
cant ſcti qui eius paſſiōeꝫ i memoria
habētes ipm ſuſtinēdo adūſa imitāt.
Ber. Vult benign⁹ dux deuoti militiſ
vultū ⁊ oculos in ſua ſuſtolli vulnera
vt illius ex hoc animū erigat: ⁊ exem
plo ſuo reddat eū ad tolerādū fortio
rē. nō em̄ ſentiet ſua dū illi⁹ vulnera i/
tuet. Gre. Si paſſio xpi ad mēoriaꝫ
reuocet: nihil adeo duꝝ ē qd nō equo
aīo tolerat. Ber. Nihil dulci⁹ i tribl'a
tōe q̄ꝫ paſſionē xpi meditari. Quam
eni aſpitatē formidabit ſeru⁹ ſi menti
eius occurrit ꝙ filij dei ſanguine ſit re/
dēpt⁹. Si em xpi paſſiōꝫ ſp recorda
remur ita ſagitta dilectōis vulnerare
mur ꝙ ꝓpt ei⁹ paſſiōꝫ adūſitates dul
cit paterem ur. Exēplū i.b. Jgnacio
qui null' tribulatiōibꝫ potuit vici nec
penis. Et cū q̄reret ab eo quō tā fortꝭ
eēt: Rn̄dit. Crucē dn̄i mei ihu xpi in
corde meo habeo. q̄ oia vincere facit
q̄cūqꝫ poterūt mihi infligi. Terci⁹
hoſtis ē diabolus q̇ impugnat p ma/
las ſuggeſtiones. Jſte etiā vincit ſan/
guie ihu xpi. Jſtd figuratū ē Apoca.
xij. vbi dꝛ. ꝙ iohes vidit dracōnē ma
gnū habētē.vij.capita. qui ſignificat
diabolū cū.vij.vicijſ.ſ. mortalibꝫ pec
catiſ. ⁊ Michael ⁊ āgeli pugnabāt cū
dracōe. et vicerūt eū p ſanguinē agni
.i. ihu xpi. Ber. Vbi firma ⁊ tuta req̇
es ē niſi i vulneribꝫ ihu xpi: Tanto il
lic ſecurior habito q̄nto ille potētior ē
ad ſaluādū. ꝑmit corp⁹ p voluptates

fremit mūd⁹ p̱ adūſitates. īſidiat̄ dia
bol⁹ p̱ ſuggeſtōes. nō cado qꝛ vulneꝝ
dn̄i rcordaboꝛ. Quātū diabol⁹ timet
ṽtutē paſſiōis xp̄i ⁊ crucē pꝫ p̱ exēplū
Apud toletū erat q̇dā nigromātic⁹.
ad quē vēit miles depaupat⁹ vt eū di
taret ꝑmittēs ſibi ſeruitiū. Qui q̄dā
nocte duxit eū ad ſiluā vocans ad ſe
diabolū. Qui cū vēiſſet dixit ei. Dn̄e
iſte miles vellet vob̄ ſuire ſi velletꝭ eū
ditare. Qui dixit. h̓ faciā ſi mihi ho/
magiū fecerit. Cūqꝫ rn̄deret miles ſe
factuꝝ. ait diabol⁹. ſic loq̄ris. abnego
p̄rem ⁊ filiū ⁊ ſp̄m ſctm̄. Et ille obſtu/
puit: ⁊ ſigno crucꝭ ſe muniuit. Quo fa
cto ſtati euanuit demō cū mḡro. et ip̄e
p̱ crucē liberat⁹ ē. Rogemus dn̄m ⁊c̄.

Expoſitio textualis.

## Xrit Jeſus

d turbis iudeoꝝ Joh̄. viij.

Quis ex vobiſ arguet me d̊
pctō. i. arguere p̄t vel accuſare ꝙ vnqꝫ
pctm̄ fecerim. ſi. i. ex q̄ ṽitatē vob̄ di/
co q̄re nō creditꝭ mihi? Qui ex deo ē. i.
q̇ deū diligit ṽba dei audit. ꝑpt̄ea vos
nō auditꝭ qꝛ ex deo nō eſtis. Rn̄derūt
iudei ⁊ dixerūt. Nōne bn̄ dicim⁹ nos
. i. verū dicim⁹ qꝛ ſamaritan⁹ es tu. i.
odis nos tāqꝫ ſamaritan⁹. ⁊ demoniū
hēs. i. obſeſſus es. Rn̄dit Jh̄s. Ego
demoniū nō habeo: ſꝫ glīfico p̄rē me
um. q. di. Nō curo de vr̄a ꝯtūelia. qꝛ
nō curo glīaꝫ meā ſꝫ p̄ris mei. Hiero.
Qui nō q̄rit glīaꝫ n̄ ſentit ꝯtūeliā. et
vos ihonoratꝭ me p̱ ꝯtumeliā vr̄aꝫ.
ego aūt glīaꝫ meā nō q̄ro. q. d. Licet
mihi ꝯ honorē meū loq̄mi. ego tn̄ nō
vindico ſꝫ p̄ri meo vindictā ꝯmitto

ꝑpt̄ quē ſuſtineo. Vn̄ ſequit̄. Eſt q̇ q̄
rit glīam. ſ. p̄r. ⁊ iudicet. i. vindicet cō
tumeliā meā. Amē dico vob̄ ſi q̇s ſer
monē meū ſuabit. i. p̄cepta mea ope
ipleuerit. mortē nō videbit ī eternū. i.
nō expiet̄ mortē et̄nā. Dixerūt ḡ iudi
Nūc cog̊uim⁹ qꝛ demoniū hēs. i. nūc
audiuim⁹ qꝛ inſan⁹ es Abraā mortu
us ē ⁊ ꝑph̄e: ⁊ tu dicꝭ. Si q̇s ſmonē
meū ſuabit mortē nō guſtabit ī et̄nū
nūq̇d tu maior es p̄re nr̄o abraā qui
mortu⁹ ē ⁊ ꝑph̄e mortui ſunt? Quē te
ip̄m facꝭ. i. fingꝭ. Rn̄dit Jh̄s. Si ego
glīfico meip̄m glīa mea nihil eſt q̊ ad
vos. qꝛ vos nihil reputatꝭ me. eſt p̄r
me⁹ q̇ glīficat me. q. d. Vos arguitis
me de iactātia ⁊ iſania ꝙ meip̄m ꝯmē
do. ſꝫ nō ē ita. p̄r me⁹ honorauit me ī
baptiſmo. ī mōte thabor. quē vos di
citꝭ qꝛ deus vr̄ ē. q. d. Ille idē quē vos
ꝑ deo colitꝭ ē p̄r me⁹ ⁊ nō cognouiſtꝭ eū
ego aūt noui eū. q. di. iō a me diſcere
poteſtis q̇s ſit ſi vultꝭ. ⁊ ſi dixero qꝛ n̄
ſcio eū: ero ſilis vob̄ mēdax. Ego ſcio
eū: et ſermonē eius ſeruo. Et qꝛ iudei
reputabāt Abraā maiorē. iō ſubdit.
Abraā p̄r vr̄ exultauit vt videret diē
meū. i. cū gaudio deſiderauit videre i/
carnatōeꝫ meā. vidit ⁊ gauiſus ē. i. p̱
ſp̄m ſctm̄ itellexit me ventuꝝ i mūdū. ⁊
de h̓ gauiſus ē. Vidit eni ī figura tres
angelos ⁊ vnū adorauit. p̱ qd̊ intelle
xit filiū dei eē icarnādū. p̱ alios duos
legē ⁊ ꝑphas p̄dicātes ei⁹ icarnatōeꝫ
Jtē qn̄ arietē ī arbore pēdētē vidit ip̄ꝫ
crucifixū itellexit. Judei aūt nō ītelle
xerūt h̓. Vn̄ ſeq̄t̄. Dixerūt autē iudei
ad eū. Quinq̄ginta annos nōdū ha
bes ⁊ Abraā vidiſti? Dicit eis Jeſus
Amē dico vob̄ anqꝫ abraā fieret ego

ſuz. nō dicit. ego fui. qꝛ deitas p̄teritū nō habet nec futuꝝ ſed ſp̄ pn̄s. Judei aūt nō itellexerūt. Un̄ ſeq̄t. Tulerūt g̊ lapides iudei vt iacerēt i eū. Jeſus aūt abſcōdit ſe ⁊ exiuit de templo.

De eodem. Sermo. lxvij.

# Tulerūt lapides iudei vt iacerēt in eū. Ihs aūt abſcōdit ſe et exiuit

de tēplo. Johā. viij. In v̄bis ꝓpoſitis duo notant̄. Primū eſt iudeoꝝ malignitas ꝯ xp̄m. Scd̓m ē xp̄i erga iudeos benignitas. Malignitas iudeoꝝ ꝑz i h̕ ꝙ illū lapidare volebant q̇ eis tanta bn̄ficia fecerat. Infirmos eoꝝ curauerat. cecos illumīauerat. claudos ambulare fecerat. leproſos mūdauerat. pane ſuo eos ſaturauerat. viaz ſalutꝭ p̄dicauerat. tn̄ volebāt eū lapidare. Qd̓ ꝯq̄rit̄ Joh. viij. Multa bōa opa oñdi vob. ꝓpter qd̓ hoꝝ vultis me occidere ⁊ lapidare. Per iſtos iudeos ſignificant̄ mali xp̄iani q̇bꝫ xp̄s bn̄ficia plurima ꝯtulit. aīaz ⁊ corpꝰ dedit. bona tp̄alia. naẗalia ſacramētalia cōtulit. ſuo ſanguine redemit. ꝓ ipſis mortē ſuſtinuit. ⁊ tn̄ lapidāt eū pc̄tis ſuis. Quot em̄ pc̄tā faciunt tot lapides ꝯ eū mittunt. Ezech. xvj. Lapidāt te lapidibꝫ. i. renouāt paſſiōz tuam pc̄tis ſuis. Heb. vj. Rurſuz crucifigētes filiū dei Quotiēs em̄ pc̄tōr iterat pc̄tā ꝑ q̇bꝫ xp̄s crucifixꝰ ē. totiēs renouat eiꝰ paſſiōz: ⁊ mittit ꝯ euz lapidē. Cōpat̄ em̄ pc̄tm̄ lapidi ꝓp̄ m̄lta. Prio ꝓpter grauitatē. Lapis em̄ grauis ē ⁊ ſp̄ tēdit deorſuz. ſic pc̄tm̄ g̃ue ē: ⁊ ſp̄ deorſum tēdit. ⁊ trahit hoiem ad aliud pc̄tm̄. Gre. Pc̄tm̄ qd̓ ꝑ pn̄iaz nō delēt̄ mox ſuo pōdere ad aliud trahit. Un̄ dixit Dauid. Sic onꝰ graue grauate ſt̄ ſup̱ me iniq̇tates mee. Cū em̄ vnū pc̄tm̄ ꝯmiſerat cū vxore vrie ſtatim traxit eū ad aliud. ſ. homicidium. Nō hyſtoriā. ij. Re. xj. Et tādez trahit hoiez ad ꝓfūdū inferni. Exo. xv. Deſcenderūt i ꝓfundū q̄ſi lapis. Oēs lapides hꝰ mōi nō pn̄t vnā aīaz dimergere. ſꝫ vnū pc̄tm̄ dimergit hominē ad ꝓfūdū īferni. Exēplū d̓ heremita q̇ oibꝫ diebꝫ vite ſue ſuiuit deo. ſꝫ i fine vite ſue voluit latro fieri. ⁊ captꝰ occiſus ē ⁊ damnatꝰ ē Scd̓o cōpat̄ pc̄tm̄ lapidi ꝓp̄ infructuoſitatē. qꝛ ſemē qd̓ cadit ſup lapidē nō p̄t fructū ꝑfectū facere. qd̓ licet aliq̄n̄ p̄mo videat̄ virere. tn̄ nō facit fructū. Lu. viij. Aliud cecidit ſup̄ petrā: ⁊ natum ad horā aruit. qꝛ nō habuit humorē Sic om̄e bonū factū in pc̄tō mortali nō facit fructū imꝑpetuū. licꝫ bonū videat̄ h̕ aliq̇ mō. tn̄ i fut̄o ſcl̓o nō facit fructū. qꝛ nō ē meritoriū. qꝛ nō hꝫ humorē charitatꝭ. Gre. Qui charitatez nō hꝫ oē bonū ꝑdit. Jō apl̓s īpropat ꝯuerſis dicēs. Que fructū habuiſtis tūc. ſ. cū eſſetis i pc̄tis i q̇bꝫ nūc erubeſcitis: q. d. nullū fructū Ro. vj. Exēplū i ſaul q̇ multū bellauit ꝓ ppl̓o dei. ſꝫ qꝛ ī pc̄tis fuit dn̄o nō placuit. Nec etiā eleēoſyne facte in pc̄tō mortali fructū faciunt. Eccl. xxxiiij. Dona iniq̄rū nō approbat dn̄s. nec reſpicit munera impioꝝ. nec i multitudie ſacrificioꝝ ſuoꝝ ꝓpiciabit̄ pc̄tīs eoꝝ. Exemplū. Petrꝰ damianꝰ dicit. ꝙ q̇dā ep̄s vidit bn̄dictū papā poſt mortē i magno eq̄ ſedentē. ⁊ dū q̄reret ab eo quō

ſibi eēt.inq̄t. Grauiꝰ torq̄oꝛ.ſ3 de mi/
ſcđia dei nō deſpo ſi mihi adiutoriū p̄
beatꝛ. Uade ad ſucceſſoꝛē meū Johē3
⁊ dic ei vt ī tali apotheca ſummā pecu
nie accipiat: ⁊ paupibꝫ ꝑ me diſtribu
at. mlta data ſt ꝓ me ſ3 ñ ꝓſunt mihi
q2 de rapia fuert. ⁊ iō elyne eaꝝ fructū
nō fecerūt Tercio pctm̄ ꝯpatꝛ lapi
di ꝓpt duriciē. q2 ſicut lapis durꝰ eſt:
ita hō induratꝛ ꝑ pctm̄. Hiere. v. In/
durauerūt facies eoꝝ ſup̄ petrā ⁊ nolu
erūt reuerti ad dn̄m. Job. xlj. Indu/
rabitꝛ coꝛ eiꝰ ſic lapis. ⁊ ſtringetꝛ ſic mal
leatoꝛis incꝰ. Quāto magꝭ incꝰ pcuti
tur: tāto magis induratꝛ. Sic quidā
pctōꝛes quanto magꝭ corripiūtꝛ ⁊ fla/
gellantꝛ a dn̄o: tāto magꝭ indurantꝛ. ſic
Pharao: de q̄ dr̄ Exo. vij. Induratū
ē coꝛ Pharaōis: ⁊ cū dn̄s multotienſ
eū flagellauerat: ⁊ cu3 emolliri nollet
ſubmerſit eū ī mari rubꝛo. Exemplū
Burcardꝰ quidā rex friſonū īduratꝰ ē
ī pctis: vt cū baptizari deberet: ⁊ vnu3
pedē ī lauacro ītinxiſſ3: alteꝝ retrahēſ
interrogauit vtꝝ plᵉs ſocioꝝ ſuoꝝ eēnt
ī inferno an ī ꝑadiſo. Et audiēs plᵉs
eē ī inferno: alteꝝ pedē retrahēs dixit.
Melius ē ſeq̄ plures q̄3 pauciores. ⁊
accedēs ad eū diabolꝰ ait. Bn̄ feciſti.
ego q̄rta die incompabilia dona tibi
dabo. Et ecce q̄rta die ſubitanea moꝛ
te interijt. Quarto pctm̄ ꝯpatꝛ la/
pidi ꝓpt ſepandi ꝯſuetudinē. Sol3
eīm̄ de lapidibꝫ fieri murꝰ q̄ ſepat vnā
rē ab alia. ſic pctm̄ facit muꝝ inter de/
um ⁊ hoīem. ⁊ quot pctā hō ꝯmittit
tot lapides ī muro ponit qui eū a deo
diuidit. Iſa. lix. Pctā vr̄a diuiſerunt
inter deū ⁊ vos. Sed iſte murꝰ in hac
vita deſtrui pōt ꝑ ꝯfeſſionē ⁊ pniam.
Sed poſt vitā iſtā ita firmabitꝛ q nū
q̄3 deſtruetꝛ. Un̄ dixit Abraā ad diui/
tē iacentē ī iferno. Chaos magnū fir/
matū ē intꝛ nos ⁊ vos Lu. xvj. In in/
ferno eīm̄ nulla ē redēptio. Aug. Cu3
inferni puteꝰ infelices recepit: claudetꝛ
ſurſum ⁊ apietꝛ deoꝛſum: ac dilatabitꝛ ī
ꝓfundū. nullū ſpiramē. nullꝰ liber. an
helitꝰ clauſus relinquetꝛ. detrudētꝛ illic
maledicētes. neſciuntꝛ a deo q̄ deū ſcire
noluerūt. Exēplū. Quidā hō ma
lus erat hn̄s duos filios. vnꝰ videns
pctā pr̄is nolēs ſecū ꝯuerſari heremū
intrauit. alius ſequebatꝛ patrē. ⁊ ī pec/
catis vitā ducētes ambo moꝛtui ſunt
Qđ cu3 ille audierat heremita roga/
uit inde deū vt de ſtatu eoꝝ ſibi reuela
ret. Rapitꝛ ḡ ad infernū ⁊ ducitꝛ ī locū
vbi vidit diuerſa genera toꝛmētoꝝ. ⁊
eos nō vidit Tūc duxit eū angelꝰ ad
magnū puteū tectu3 magno lapide.
Cū deponeret lapidē exibat fumꝰ ig/
nis. ⁊ clāoꝛes lamētabiles audiebātꝛ.
⁊ pr̄ ⁊ fr̄ exierūt cū flāma ignis inuicē
tāq̄3 canes ſe moꝛdētes. ⁊ ſibi mutuo
maledicētes Et dixit pr̄. Maledictꝰ
ſis tu fili. q2 ꝓpt te iniuſta bōa ꝯgrega/
ui. ⁊ iō etnalr dānatꝰ ſum. ⁊ ecōtra di
xit filiꝰ. Maledictus ſis tu pr̄. q2 tu
me pcreaſti. ⁊ mihi bona talia heredi
taſti ꝑ q̄bꝫ eternalr ſum dānatꝰ. et ſic
moꝛdētes ⁊ maledicētes ī puteū ceci/
derūt. ⁊ lapide ſupꝑpoſito ait angelus
Nūq̄3 ī ꝑpetuū inde exibūt Et ille ad
ſe reuerſus vitā ī bono finiuit. Se
cūdo notatꝛ benignitas dei circa pctō/
res in h̄ q nō vindicabat ſe ſtatim cū
volebant eū lapidare. Un̄ dr̄ Johā.
viij. q abſcōdit ſe ⁊ exiuit de templo.
De iſta miſcđia q nō vindicat ſe ſta/

tim ꝺꝛ Treno.iij. Miſcꝺia dei ꝙ nō ſumꝰ ꝯſumpti. qꝛ nō defecerūt miſera tiōes eiꝰ. Diſſimulat em̄ pctā hoim ꝑpter pniam. Sꝛe. Quiſqꝫ viuit ⁊ de linqt: idcirco miſatio diuia hūc tole rat vt ab iiqtate ſe ꝯpeſcat. Ber. Mi ſeratio tua dñe. Require i ſer. Appa ruit benignitas. Sed qd ꝓdeſt expe ctatio ſi nō ſequat̄ penitudo. cumulꝰ ē damnatiōis. dicēte dño ꝑ pſ. Hec feciſti ⁊ tacui. arguā te ⁊ ſtatuā ꝯ faciē tuā. Jſa.xxx. Expectat deꝰ vt miſereat̄ nr̄i. ⁊ idcirco exaltabit̄ parcēs vobis. Quāto ei magꝭ ꝯdeſcendit nob. exal tabit̄ ⁊ ꝓuocabit̄ ꝯ nos eiꝰ iuſticia ſi n̄ fecerimꝰ emēdā. Exemplū de quodaꝫ viro patiētiſſimo qui n̄ potuit ad irā ꝓuocari. Require in ſermone ſupꝛa.

Feria quarta poſt Judica.
Sermo.lxviij.

# Oues mee

vocē meam audiūt. ⁊ ego cogſco eas ⁊ ſequūt̄ me: et ego vitā eťnā do eis Joh.x. Jn iſtꝭ v bis dñs duo facit. Prio ad ſequēdū ſe fideles allicit. Scđo ad ſeqndū ſe p̄mia ꝓmittit. Primū ibi. oues mee ⁊c̄. Scđm ibi. et ego vitā eternaꝫ ⁊c̄.

Circa p̄mū ſciēdū ꝙ debemꝰ xp̄m ſeq̄ qnqꝫ modis. Primo ſic ouis paſtorē ſcđo vt filiꝰ p̄rēꝫ. tercio vt cecꝰ ducē. qr to vt ſuꝰ dñm. ⁊ qnto vt amicꝰ amicū

Prio debemꝰ ſeq̄ xp̄m ſic ouis paſto rē. Hiere.xvij. Nō ſuꝫ turbatꝰ te pa ſtorē ſeqns. et Joh.x. Oues mee ⁊c̄. Sequūt̄ aūt paſtorē ꝑpter duo. ſ. vt ab eo paſcāt̄ ⁊ cuſtodiant̄. vñ Ezech. xxxiiij. Ego paſcam oues meas dicit dñs. Paſcit aūt oues ſuas xp̄s mlt tipl̄r. ſ. paſtu nať: doctne: grē: eucha riſtie ⁊ glīe. Prio paſtu nať. pſ. Dñe q paſcꝭ me a iuuētute mea. Uere mi rabilr̄ paſcit nos deꝰ q de ťra panē. ꝺ vi te vinū. de arboribꝫ fructū. ꝺ aquis pi ſces i cibū nob tribuit. Mirabile vi debat̄ ꝙ de qnqꝫ panibꝫ ⁊ duobꝫ piſci bus qnqꝫ milia hoim ſatiauit. ſed il lud ē adeo mirabile ꝙ ſingulꝛ̄ anis to tū mūdū paſcit de paucꝭ granis i ter rā ꝓiectis. ſꝫ iſtud ꝺꝛ magis mirū qa inuſitatū. Scđo paſcit nos paſtu doctrine ꝑ expoſitōeꝫ ſcpturaꝝ. Ezec. xxxiiij. Jn paſcuis vberimis paſcā eaſ .i. oues meas i mōtibꝫ excelſis. Jſiđ. Scripturaꝝ ſanctaꝝ altitudines qſi montes paſcue ſunt. Jn his paſcuis ſcpturaꝝ ſcāꝝ paſcit̄ aia. qꝛ ꝺꝛ Mat. iiij. Nō i ſolo pane viuit hō: ſꝫ i omi ṽbo qđ ꝓcedit de ore dei. i. p̄dicatoris ꝑ quē loquit̄ deꝰ. de quibꝫ dixerat dñs Hiere.iij. Dabo vobis paſtores ſm̄ cor meū ⁊ paſcā vos ſciētia ⁊ doctrina

Tercio paſcit xp̄s oues ſuas paſtu gratie. Jſtud figuratū eſt Exodi. iij. vbi dicit̄ ꝙ Moyſes paſcebat oues: ⁊ minauit gregē ad interiora deſti vbi dñs in rubo ardēti apparuit ei. Mo yſes ē xp̄s vel p̄latus vices gerēs xp̄i. ꝑ quos oues ad interiora i paſtu ve niūt qn̄ exťiores ꝯſolatōes reliquūt. ⁊ intiorē qrūt. ibi dñs i rubo ardenti iſtiꝰ corpis apparet. ⁊ ſpūali dulcedi ne paſcit. Quarto xp̄s paſcit oues ſuas paſtu euchariſtie. ſ. corpe ⁊ ſan guine ſuo. Hoc figuratū ē. ij. Re. xij. vbi ꝺꝛ. ꝙ erat quidā paup i qdā ciui tate hñs qndā ouiculā quā emerat. ⁊ intātū dilexit ꝙ pauit eā pane ſuo: et

de calice ſuo potauit eã. ⁊ fecẽ eã ĩ ſinu ſuo dormire. Per iſtũ paupem viꝝ ſignificat xp̄s. q̇ paup ꝑpt̃ nos fact⁹ ẽ i h mũdo. Jſte habuit ouiculã vnã. i. gen⁹ hũanũ: quã emerat ſanguie ſuo pcioſo. quã itãtũ dilexit q̈ pauit eã pane ⁊ corpe ſuo sacrãli. ⁊ dat ei potũ de calice ſuo. i. ſanguinẽ ſuũ ad bibendũ. ⁊ facit eã dormire ĩ ſinu ſuo. i. ꝓmiſit ei requiẽ et̃nã ĩ reg̃ ſuo Ber. Bon⁹ ẽ paſtor ille qui dat carnẽ ſuam in cibũ: ⁊ ſanguinẽ ĩ potũ. aiam ĩ preciũ.

Quīto paſcit xp̄s oues ſuas paſtu glĩe ⁊ leticie et̃ne. ps. Spa ĩ dñō ⁊ fac bõitatẽ. ⁊ ĩhabita t̃rã. i. vitã et̃nã ĩhabitab. ⁊ paſcer̃ ĩ diuitijs ei⁹. vñ Eze. xxxiiij. Uiſitabo oues meas et libabo eas de oĩb⁊ loc̃ ĩ q̇b⁊ diſpſe fuerãt: ait dñs de᷑l die nubis ⁊ caligis. i. ĩ die iudicij. ⁊ ꝯgregabo eas de terr̃ alienis. ⁊ ĩducã eas ĩ terrã ſuã. i. ĩ celeſtẽ patriã. ⁊ ego paſcã eas ĩ mõtib⁊ vberrimis et excelſis. ibi req̇eſcẽt ĩ herb virẽtib⁊. ⁊ ĩ paſcuis pĩguib⁊ paſcent̃. Paſcue iſte ꝯmẽdant̃ ex eo q̈ ĩ mõte ſunt ꝓpter ſecuritatẽ. q̈ ſſ vbrime ꝑpt̃ copioſitatẽ. q̈ pigues ꝑpt̃ delectabilitatẽ. q̈ virentes ꝓpter ſpecioſitatẽ. Jſta oĩa ĩueniũtur ĩ ill̃ paſcuis regni celeſt̃. Sic g̃ pꝫ q̃re oues xp̄i ſeq̇ debẽãt xp̄ꝫ. ſ. vt ab eo paſcant̃. Scd̃o ſolent oues ſeq̇ paſtorẽ vt ab eo cuſtodiant̃. De hoc dr̃ Joh. x. Paſtor bon⁹ aiam ſuã. i. vitã ponit p ouib⁊ ſuis. ſ. ad defendẽdũ a beſtijs. Sũt aũt tres beſtie q̇ legũtur oues ĩuaſtare. ſ. leo. vrſus ⁊ lup⁹. De p̄mis duab⁊ dr̃. j. Reg. xvij. q̈ cũ Dauid paſceret oues: venit leo ⁊ vrſus: ⁊ accepẽrũt ſibi ouẽ. Jpſe aũt ãbos occidit. ⁊ eruit ouẽ ſuã de ore eoꝝ. Per dauid ſignificat̃ xp̄s q̇ paſtor ẽ ouiũ ſuarũ. ſ. hoim̄. Per leonẽ q̇ ouib⁊ inſidiatur ſignificat̃ diabol⁹. j. Pe. v. Aduſari⁹ vr̃ diabol⁹ tanq̈ leo rugiẽs circuit q̃rẽs quẽ deuoret. Per vrſuꝫ q̇ etiaꝫ inſidiat̃ ouib⁊ xp̄i ſignificat̃ caro ſiue corp⁹ hois q̇ ſp inſidiat̃ aĩe p malam ꝯcupiſcentiã. Gal. v. Caro ꝯcupiſcit adũſus ſpm̄. Et bñ p vrſuꝫ ſignificat̃ caro. qr ſic̃ vrſus ſeq̇t̃ dulcedinẽ mell: ita caro diligit voluptatẽ. Urſus debilis ẽ ĩ capite ⁊ fortis ĩ brachijs. ſic ⁊ caro p caput ſumit cogitatiõeꝫ. p brachia delectatõeꝫ ⁊ ꝯſenſuꝫ. Jn capite g̃ debilis ẽ. qr cogitatio debil̃ ẽ ſi nõ ſequunt̃ alia duo. ſ. delectatio ⁊ ꝯſenſus Sic pꝫ de duab⁊ beſtijs q̇ pſequũtur oues. ſ. de leõe ⁊ vrſo. i. de diabolo ⁊ carne. Tercia beſtia ẽ lup⁹. Joh. x. Lup⁹ rapit ⁊ diſpgit oues. Per lupũ ſignificat̃ mũd⁹ ſiue hoĩes mũdũ diligentes. Jſti pſequunt̃ oues xp̄i. i. bonos ⁊ ſimplices amatores dei ⁊ imitatores Uñ ait dñs diſcipulis ſuis Mat. x. Mitto vos ſic oues ĩ medio luporũ Greg. Sic agni int̃ lupos mittimur vt ĩ ſcl̃o ſeruiẽtes ĩnocẽtie morſuꝫ malicie nõ habeam⁹. Tal̃ agn⁹ fuit apl̃s qui ait. j. Chor. iiij. Maledicimur ⁊ bñdicim⁹. pſecutõꝫ patimur ⁊ ſuſtiemus. Ab iſt̃ trib⁊ beſtijs cuſtodit xp̄s oues ſuas: licet eas pſequãt̃. tñ cuſtodit eas xp̄s ne ab eis capiant̃ ⁊ degluciant̃. ps. Cuſtodit dñs oẽs diligẽtes ſe. Uñ dr̃ Joh. x. Oues mee vocem meã audiũt ⁊c̃. ⁊ nõ pibũt in eternũ.

Scd̃o debem⁹ ſequi xp̄m tanq̈ filij pr̃eꝫ. Jpe ẽ pr̃ oim nr̃m. Mat. xxiij. Un⁹ ẽ pr̃ vr̃ qui ĩ cel̃ ẽ. Solet em̄ fili⁹ ſequi pr̃eꝫ ꝓpter duo. Pr̃o vt eũ ab

inimicꝭ defendat. Scḋo vt hereditatē ſuā augmētet. Abſente eni pr̄e iter/dū hoſtis iſurgere ſolet ꝯ filiū. ſic p3 i Abſalō. q̄ cū prē3 ſuū relinq̄ret: ab ii mico ſuo. ſ. ioab interfect⁹ ē. Sic fiet oi/bus q̄ a pr̄e celeſti ꝑ pctm̄ ſepati fue/rint. ab iimico. ſ. diabolo ꝑſecutōe3 ſu ſtiebūt. Et ſic p3 pmū Scḋo ſeq̄t fi li⁹ prē3 vt hereditatē ſuā augeat. ſepe eni pr̄ illi filio q̄ eū pl⁹ diligit ⁊ reueret maiorē ptē hereditatꝭ tribuit. ſic Ja/cob q̄ dedit filio ſuo Joſeph ſpālē he/reditatē extra oēs filios ſuos: videlicȝ Sychē. Sic de⁹ illꝭ filijs q̄ eū magꝭ di ligūt ⁊ ſequūt magꝭ dabit de heredita te i regno celoꝝ. ſic p3 Lu. xv. i filio ꝑ digo q̄ ſe a prē elōgauit. oē3 heredita tē amiſit ⁊ ꝯſumpſit. ⁊ alij filio q̄ ſecū ꝑmāſit dedit oīa ſua dicēs. Fili tu ſp mecū es: ⁊ oīa mea tua ſunt. Tercio debem⁹ ſeq̄ dn̄m ſic cec⁹ ducē3. Jſa. lv. Dedi te ducē ⁊ pceptorē gētib⁹ vniū/ſis. i adā excecati ſum⁹ Jſa. xlij. Quiſ cecus niſi ſeru⁹ meus. ſ. hō quē creaue rā vt mihi ſuiret. Cecus fact⁹ ē ꝑ pct3 illuminat qdāmō ꝑ fidē ſ3 nō ꝑfecte. Vn̄ q̄ſi ceci ſum⁹. qꝛ videmus nūc ꝑ ſpeculū i enigmate: ſic dr̄. j. Coꝛ. xiij. Excecat etiā miſera aīa ꝑ pctm̄ actu/ale ſ3 illuminat ꝑ grāz. Aug. Aia aū ſa a dō obtenebrat: ꝯuerſa ad dn̄m il lumiat. Duplici aūt cā cec⁹ ducē ſeq̄t. ne ledat ⁊ iſtruat. Diaboli ſeq̄ces i la/pidē offenſiōis ipingūt ⁊ pedē anie le dūt. qꝛ ducē ſequūt malignū. Dei āt ſeq̄ces offendicla declināt. ꝓuerb. iiij. Ducā te ꝑ ſemitas eq̄tatꝭ. q̄s cū igreſ ſus fuerꝭ nō artabūt greſſus tui. ⁊ cur rēs nō hēbis offendiculū. Glo. Sic mali h̄ medio curſus offendūt: a du/ce ceci iſtruūt. ſic q̄ dei ſunt imitatoꝛes ab eo iſoꝛmāt. ſ. ꝑ doctrinā pdicatōis. Vn̄ legit Lu. ix. ꝙ turbe ſecute ſt xp̄m ⁊ ipſe accepit illos: et loq̄bat eis de reḡ dei. Quarto debem⁹ ſeq̄ xp̄m ſic ſu⁹ dn̄m. vt dilectō3 quā ad eū hēm⁹ oñ dam⁹. De q̄ dr̄ Lu. xxiij. ꝙ Jhu eūte ad paſſiō3 ſeq̄bat eū turba mlta ppl'i ⁊ mulieꝝ q̄ plāgebāt eū. ſic ſeq̄ debem⁹ eū ꝯpatiēdo ſibi. ⁊ ſilr adūſa ꝑpt eu3 ſuſtinēdo. j. Pe. ij. Xp̄us paſſus ē ꝑ nob vob relinq̄ns exēplū vt ſeq̄mi ve ſtigia ei⁹. Quito dēm⁹ xp̄m ſeq̄ ſic amic⁹ amicū. Nā ſol3 amic⁹ ſeq̄ ami/cū vt ei reuerētiā ⁊ honorē pbeat. Vn̄ legit. ij. Reg. xix. ꝙ ad honorē dauid cū reuerteret de bello ꝯ abſalō berzellai galaatides ſenex valde traduxit regē pat⁹ vltra etiā ꝑſeq̄ illū. Sic xp3 imi tari dēm⁹ eccl'ias freq̄ntādo. coꝛp⁹ ei⁹ ad honorē ipſius ꝑ plateas ſeq̄ndo.

## Feria ſexta poſt Judica.
## Sermo. lxix.

Expedit vobis vt vn⁹ moriat hō ꝑ po pulo ⁊ n̄ tota gēs peat Jo. xj. Verba ꝓpoſita loq̄bat ſpūſſcūs ꝑ os cayphe. Jn q̄b⁹ ꝟbis exꝑmit vtili tas paſſionis et moꝛtis xp̄i. Nota ꝙ moꝛs xp̄i expediēs fuit angelis i celo. ſctis i lymbo. hoib⁹ i mūdo. Pꝛio fu it expediēs angel'i celo. qꝛ ꝑ moꝛtē xp̄i angeloꝛū ruina ē repata. Vnde apl's Eph. j. Pꝛopoſuit dn̄s iſtaurare oīa i xp̄o. i. ꝑ xp̄m q̄ i cel' ſunt. Glo. i. nūe/rū angeloꝝ diminutū adiplere. Et h̄ tāgit dn̄s i illa pabola Lu. xv. Quis ex vob hō q̄ h3 centū oues. ⁊ ſi ꝑdide

rit vnā: nōne dimittit nonagita nouē
ī deſerto: ⁊ vadit ad illā quā ꝑdiderat
⁊ querit donec inueniet eā? Cū aūt in
uenerit eā: ponit ſup humeros ſuos.
⁊ veniēs domū cōuocat amicos ſuos
et vicinos dicēs. Cōgratulamī mihi
oēs q꞉ inueni ouē meā quā ꝑdiderā.
Hō iſte ē deꝰ qui ꝓ nobis hō fieri vo/
luit. qui habuit cētū oues. Cētū oueſ
ſunt. xcix. et vna. Per nonagintano/
uē ſignificanꝭ nouē chori angelorum
Per vnā ſignificaꝭ hō qui locū Luci
feri replere debebat. Ex iſtꝭ ouibꝫ vna
ꝑdita eſt. i. hō qñ peccauit ⁊ de ꝑadiſo
eiectus ē. ⁊ poſt ſe dimiſit nonaginta/
nouē. i. nouē choros angeloꝝ in celo.
qḋ dñs deſertū dicebat q̄ꝫdiu hō ī eo
nō erat. ⁊ venit in hunc mundū q̄re/
re ouē ꝑditā quā q̄ſiuit plus q̄ꝫ trigi/
ta ānis cū magno labore. Et cū īuēiſ/
ſet eā: poſuit eā ſup humeros ſuos. et
reportauit ī domū ſuaꝫ. ⁊ hoc fecit qñ
crucē ſup humeros accepit ⁊ ad locuꝫ
paſſionis portauit. vbi ꝓ pctīs nrīs
mortē ſuſtinuit: ⁊ ī die aſcenſionis ſue
ouē ſuā cū leticia magna ī domū ſuaꝫ
.i. celū portauit. Et tūc ait ad āgelos
Cōgratulamī mihi: q꞉ inueni ouem
meā q̄ ꝑierat. ⁊ tunc factū eſt gaudiū
magnū. q꞉ reſtaurata ē ruina angelo
rū. Sic ptꝫ ꝑmo quō mors xpi expe
diēs fuit angelis in celo. Scḋo ex
pediēs fuit ſctīs pr̄ibꝫ ī lymbo. quia ꝑ
eius mortē ḋ captiuitate ſunt liberati
Zach. ix. Tu aūt dñe ī ſanguīe teſta/
mēti tui. i. ꝑ ſanguinē ihu xpi filij tui.
eduxiſti vinctos de lacu ī q̄ nō erat aq̄
.i. grā. Jſtḋ figuratū ē Nu. xxxv. vbi
ḋꝛ. ꝙ poſt mortē ſummi pōtificꝭ homi
cide q̄ expulſi fuerāt de t̄ra ſua reuerte

bankī terrā ſuā. Adā homicida fuit.
q꞉ ꝑ pctm̄ occidit ſemetipm̄ ⁊ totū ge
nus hūanū. ⁊ expulſus fuit de ꝑadiſo
.i. de terra viuētiū ī exiliū huiꝰ mōi. et
poſtea cū oī poſteritate ſua deſcēdit in
lymbū. ⁊ ꝑ nullū poterat inde eripi et
ī terrā ſuā reuerti niſi ꝑ mortē ſummi
pōtificꝭ. i. xpi. Xpus eñ ḋꝛ pōtifex. q꞉
officiū habuit pōtificis. Officiū pōti
ficis in veteri lege erat orare ꝓ peccatꝭ
ppl'i. ⁊ hoc fecit xps. Lu. xxiij. Pr̄ di/
mitte eis q꞉ neſciūt quid faciūt. Q;
fideliter orauit oſtēdit Paulꝰ Hebr̄.
v. Cuꝫ clamore valido ⁊ lacrimis ⁊c̄.
Jtē officiū pōtificis etiā fuit ꝓ peccatꝭ
populi victimas offerre. hoc fecit xps
pōtifex nr̄ qui ſeipm̄ obtulit ꝓ peccatꝭ
noſtris. Heb̄. x. Deſcendēs filiꝰ dei in
mundū hūc ait. Holocauſtomata et
ꝓ pctō tibi nō placuerūt. tunc dixi ec
ce venio. Glo. Oīa holocauſta antiq̄
rū patꝝ q̄ obtulerūt ꝓ pctō ꝑmi ho/
mis deo nō placuerūt. Tūc filiꝰ dei mi
ſertus nr̄i dixit patri. Ecce ego venio
ad meipm̄ offerendū ꝓ pctō homis.
Per mortē ḡ huiꝰ ſummi pōtificꝭ ſctī
pr̄es libati fuerūt de lymbo. ḡ expediēſ
fuit eis xpi paſſio. Tercio xpi paſ
ſio expediēs fuit hoībꝫ ī mūdo. ⁊ h̄ in
multꝭ. Pr̄io vt cirographuꝫ diabolo
ꝯ hoīem datū ꝑ ſanguinē xpi deleret̄.
Col'. ij. Delēs qḋ aduſuꝫ nos erat ci/
rographū decreti qḋ erat ꝯtrariū nob̄
Aug. Eua a diabolo pctm̄ mutuauit
cirographū ſcꝑſit. fideiuſſorē dedit. et
vſqꝫ ad poſteritateꝫ creuit. Tūc eni a
diabolo pctm̄ mutuauit: qñ ꝯtra ꝑce
ptū dei ſue praue ſuggeſtioni ꝯſenſit.
Cirographū ſcꝑſit qñ manuꝫ ad po/
mū porrexit. fideiuſſorē dedit qñ adā

pctō ꝯſentire fecit. ⁊ ſic vſqꝫ ad poſte/
ritatē creuit. qꝛ tota poſteritas ptāti
diaboli ſubiecta ē. ⁊ merito. Nā parē
tes nr̄i adā ⁊ eua fecerūt emptiōeꝫ cū
diabolo. ⁊ vēdiderūt genꝯ hūanū pro
vno pomo q̄ſi ꝑ nihilo. Vn̄ ꝯq̄rit̄ ꝓ/
pheta Jſa. lij. Gratis venūdati eſtis.
Sup hmōi emptōe erat ſcp̄tū ciroḡ
phū. i. ꝓuilegiū et̄ne dānatiōis. ⁊ nō
poterat deleri niſi ꝑ ſanguinem ihū xp̄i.
Vn̄ miſtꝰ dānatōis nr̄e venit in hūc
mūdū delēs qd̄ aduſuꝫ nos erat ciro/
ḡphū decreti. ſic dr̄ Col. ij. Glo. Pctꝫ
ade qd̄ diabolꝰ tenebat q̄ſi cautōꝫ de/
creti mortis et̄ne deletū ē ſanguie xp̄i fu
ſo i cruce. vn̄ Jſa. xliij. Ego ſuꝫ q̄ deleo
īiq̄tates vr̄as. Ber. Agnoſce o hō q̄ꝫ
ḡuia fuert̄ vulnera aīe tue, ꝑ q̄bꝫ neceſ
ſe fuit xp̄m dn̄m vulnerari. ſꝫ ſi n̄ eēnt
hec ad mortē ſempit̄nā nūq̄ꝫ ꝑ eoꝝ re
medio moreret̄. Sic ḡ ptꝫ quō ꝑ ſan
guinē ihū xp̄i deletū eſt ciroḡphū. Cū
āt deletū eēt ꝑ ſanguinē xp̄i ciroḡphū
nr̄e dānatōis eodē ſanguine ſcriptū ē
aliud cirographū nr̄e redēptōis ⁊ ſal
uatōis. Erat aūt ſcp̄tū ciroḡphū nr̄e
ſaluatōis i ouino ꝑgameno cū ferreiſ
pēnis ⁊ rubeo incauſto. Ouina pellꝭ fu
it corpus dn̄i nr̄i Jhū xp̄i. q̄ ouis fuit
vēdita trigita denarijs a Juda tradi/
tore: ⁊ ad mortē ducta fuit vt inde ꝑ/
gamenū fieret De cuiꝰ ductu dic̄ Jſa.
liij. Sic ouis ad occiſiōꝫ ductꝰ ē. ⁊ ſic
agnꝰ corā tōdēte ſe obmutuit. ⁊ n̄ ape
ruit os ſuū. Scd̄o ouis iſta ducta eſt
vt pelle ꝓp̄a denudaret̄. Jo. xviij. Co/
hors aūt ⁊ tribunꝰ ⁊ miſtri iudeoꝝ cō
ꝓhēderūt ihm̄. ⁊ ligauerūt eū ⁊ duxe
rūt eū ad Annā primū. i. primo. vbi
ei data ē alapa. deinde ductus ligatꝰ
ad Cayphā. vbi ſicut dr̄ Lu. xxij. ve
lauerūt faciē eius ⁊ ꝑcuſſerūt eū dicē/
tes. Prophetiſa nobis xp̄e q̄s ē qui
te ꝑcuſſit. ⁊ expuerūt i faciē eiꝰ. Dein
de ductꝰ ad pilatū vbi accuſatus ē de
multis crimibꝫ q̄ꝝ erat īnocēs. Deide
ductꝰ ad Herodē. q̄ ſpreuit eū. ⁊ indu
it eū veſte alba. ⁊ illuſit tāq̄ꝫ fatuū et
nō ſane mētis. Deinde ductꝰ ad pila
tū. a q̄ iudicatꝰ ē ad mortē. Sic patꝫ
Quarto ſolẽt aliq̃ ĩpetrare p petitio/nis ĩportũitatẽ ſiue pſeuerãtiã. ſic ipe/trauit thobias iunior petitiõe; ſuã a raguele qñ dicebat. Nõ comedã ne/q; bibã donec pus petitõ; meã cõfir/mes Thob.vij. Sic ipetrauit mr̃ beati Auguſtini petitõe ſua ꝯuerſiõ; filij ſui. Uñ dicebat Amb. Jmpoſſibile ẽ ꝙ fili⁹ tot lacrimaꝝ pereat. Uñ dr̃ Lu.xi. ĩ q̃dã pabola. Si aliquis iret ad amicũ ſuũ nocte: ꝛ peteret ab eo accõmodari panes. et ille nollet ſurgere de ꝯmodo ſuo eo ꝙ amic⁹ ei⁹ eẽt. ſi tñ ille pſeueraret ĩ pulſando et petẽdo. ad vltimũ ille tedio vict⁹ ppť ĩportũitatẽ ꝛ pſeuerãtiã ei⁹ ſurgeret ꝛ daret ſibi Sic de⁹ vult nob dare ſi pſeuerãter petierim⁹. Exẽplũ legiť ĩ legẽda btẽ Elyzabeth. Cũ q̃dã vir mãu ꝯct⁹ ſepulcꝝ btẽ elyſabeth viſitaſſet bis ꝛ nõ eẽt curat⁹. ꝛ tcio cũ vxore ſua p̃rexiſſ; illuc. occurrit eis venerãd⁹ ſenex di. Cũ illic ꝑueneris manũ tuã pfũde ſub lapide

ſepulcri mitte ꝛ pſeuerāt ora ꝛ rcipies ſanitatē. Stulti ei ſt q̇ abiectꝭ oblatō nibꝫ ſtati recedūt. cū ſcis placeat ꝙ cū pſeuerātia pꝛocinia eorū implorent. Moxqꝫ ſenex diſparuit. Et reuelatū ē ei ꝙ ſanctus Nicolaꝰ fuiſſet. Cūqꝫ il le illuc veniſſet ꝛ in orōne pſeueraſſꝫ. ſtatim ſanitatē recepit. Quā ſanitatē aīe nobis ꝯcedat ꝛc.

In rogatiōibꝫ. Sermo. lxxxix.

# Confitemini

alterutꝝ pctā vr̄a ꝛ orate p īuicē vt ſaluemi Jac. v. In ꝟbis iſtis ꝓuocat nos apl's Jacobus ad ꝯfeſſiōꝫ ſine q̄ nēo pt ſaluꝰ fieri dūmō hēat copiā ꝯfitēdi. ꝓuer. xxviij. Qui abſcōdit ſcelera ſua nō diriget i ſra. q̇ aūt ꝯfeſſus fuerit ꝛ reliq̄rit ea miſcōiaꝫ ꝯſeq̄t. Sciēdū ꝙ multa ſunt q̄ nos pn̄t ꝓuocare ad pniaꝫ ſiue ꝯfeſſiōꝫ. Primū ē ꝯſideratio ꝑiculi i q̄ ſumꝰ qꝫdiu in cōfeſſi manemꝰ. Eſt em̄ pctōꝛ i ptāte diaboli: et poſſet eū diabolꝰ ducere i ꝓfūdū iferni ſi nō diuia miſcōia eū ꝯſeruaret. Tren. iij Miſcōie dn̄i qꝛ n̄ ſumꝰ ꝯſumpti. qꝛ nō defecerūt miſatōes eiꝰ. Ber. Miſeratio tua dn̄e ſuꝑ me q̄ nō poſſit explicari ſmōe qꝫ benigna: qꝫ libal': qꝫ gtuita fuerit. ego peccaui et tu diſſilabas. ꝓlōgabā mlto tꝑe iniq̄tatē meā. et tu dn̄e ꝓlōgaſti pietatē tuā. nō ꝯtinebā ego a ſceleribꝫ: ꝛ tu ꝯtiebas a flagellatōibꝫ. Scōm ē qꝛ ꝑ ꝯfeſſiōꝫ ab oibꝫ pctīs ꝛ culpis libamur. i. Joh. i. Si ꝯfiteamur pctā nr̄a fidel' ꝛ iuſtꝰ ē deus vt remittat nob ea. et nos mūdet ab oi iniq̄tate. O qꝫ ſtultꝰ eēt leproſus q̇ ſe ꝓpꝛijs ꝟbis curare poſſꝫ ꝛ n̄ faceret. Et certe pctōꝛ leproſus ē corā deo ꝛ angel' eiꝰ. q̇ ꝑ ꝓpꝛiā ꝯfeſſiōeꝫ mūdat. et q̄nqꝫ ſola volūtate ꝯfitendi. Lu. vij. Leproſi āqꝫ vēiret ad ſacerdotē mūdati ſt. Tercīū ē ꝙ ꝑ ꝯfeſſiōꝫ ab eterna pena libamur. ps. Ne tradas dn̄e beſtijs aīas ꝯfitentiū tibi. Si nō vis tradi beſtijs ifernalibꝫ. i. diabol'. pctā tua ꝯfitearꝭ. Aug. Pctā ſiue ꝑua ſiue mag̃ ſint ipunita eē n̄ pn̄t. vel em̄ homie penitēte vl' deo iudicāte plectunt. Ceſſat aūt diuia vīdicta ſi ꝯfeſſio ꝑcurrat hūana. Quartū ē: qꝛ ꝑ ꝯfeſſiōꝫ a tēptatōe diaboli libamur. Auguſ. Neqꝫ em̄ facilīꝰ ab inimico. ſ. diabolo deijcimur qꝫ cū eum ſuꝑbe imitamur. nec vehemētiꝰ ꝓſternimꝰ qꝫ cū in hūilitate dn̄m ſeq̄mur. Nec acriores ei dolores īfligimꝰ qꝫ cū plagas pctōrū nr̄oꝝ ꝯfitēdo ꝛ penitēdo ſanamus. Exēplū de q̄dā ſctō viro noīe vvilhelmus i orōe ꝑnoctāte. cui occurrit diabolus i ſpecie hoīs. quē vir dei i ſpū cognoſcēs ait. Adiuro te ꝑ deū vt dicas mihi q̄d tibi ſit maiꝰ īpedimētū i aīabus. Rn̄dit ille. licꝫ dicā inuite n̄ poſſuꝫ tibi celare. noui em̄ ꝙ ſcūs hō ſis. Frequens inq̇t ꝛ pura confeſſio. Nā talis cōfeſſio me et omnes ſocios meos debilitat ꝙ nō poſſumꝰ contra homīnē i tēptatōe ꝑualer̄. vulnerat ꝛ ſuꝑat nos. Illū amittimꝰ i breui i ꝯfeſſiōis hora quē habuimꝰ in nr̄a ptāte mltis annis. Quintū ē ꝙ a pēa corꝑali libamur ꝛ ſanamur mediāte ꝯfeſſione. ſepe em̄ imittit dn̄s hoī īfirmitates ꝛ plagas corꝑales ꝓpter pctā ſua donec iniq̄tatē ſuā ꝯfiteat. Leui. xxvj Propt̄ pctā ſua et ſuoꝝ pꝛīm affliget

donec cōfiteāt iniq̄tates ſuas. Un̄ legit cū dn̄s ſanaſſʒ īfirmū dixit ei. Uade et āplꝰ noli peccare ne deteriꝰ aliq̄d tibi ꝯtigat. Un̄ ꝯſulēdū ē īfirmis an̄ oēʒ medicinā vt ꝯfiteāt pctā ſua. Exemplū. Quedā dn̄a muta ad ꝯfeſſionē vēit. ꝛ cū ꝯfiteri nō poſſʒ dixit ei ſacerdos. q̄re n̄ loq̄ris? At illa inuebat ei māibꝫ q̄ loq̄ n̄ poſſet. Et ille ait. Ex q̄ loq̄ n̄ potes ore: ſaltē corde loq̄ris intra teipaʒ: ꝛ doleas de pctīs tuis. Qḋ cū feciſſʒ: vna rana maxia ex ore eiꝰ ſaliȷt ꝛ vltra n̄ ꝯparuit. ꝛ tūc illa cepit loq̄ ꝛ ꝯfiteri. Sextū ē q̄ p ꝯfeſſiōʒ regnū celoꝝ itroimꝰ. ps. Introite portas eiꝰ i ꝯfeſſiōe. Ecci. iiij. Nō ꝯfūdaris p aīa tua dicere veꝝ. i. dicere veꝝ i ꝯfeſſiōe ꝛ ꝯfiteri. Eſt ei ꝯfuſio adducēs gl'iaʒ .i. vitā etnā. Exēplū. Quidā latro vidit q̄ſdā viros religioſos ptereūtes ſiluā ī q̄ latitabat. et ꝯtritꝰ cucurrit pꝰ eos clamās ꝛ rogās vt ꝯfeſſiōʒ eiꝰ audirēt. Et illi timētes q̄ eos occideret vellet fugierūt. ꝛ ipſe ſeq̄ns eos fortit' cecidit de rupe. et fracto collo expirauit. Tūc demōes venerūt ꝛ voluerūt aīaʒ eiꝰ rapere. ſʒ btā v̄go veniēs euʒ libauit dicēs. Hec ē ſnīa filij mei. Talē te iudic o q̄lē te iuenio. In volūtate ei ꝯfitēdi fuit. ꝛ iō veſter n̄ erit. ꝛ ſic ad celū cū pduxit. Ad qḋ nos pducat ꝛc.

De eodem. Sermo .xc

**Etite ꝛ da**bit' vob̄ Mat. vij. In verbis ꝓpoſit' ꝓuocat nos dn̄s ad petēdū. ꝛ ꝓmittit petitiōis nr̄e effectū. Sʒ circa petitōʒ tria ſunt attēdēda. ſ. nr̄a neceſſitas. petitōis congruitas: ꝛ diuina largitas. Circa ꝑmū nota q̄ neceſſe hēmꝰ orare ꝓpt' duo. Primo ꝓpt' nr̄oꝝ hoſtiū. i. demonū ipugtionē: q̄ nos oī tpe ipugnāt. Un̄ patʒ Judith. vj. vbi legit' q̄ cū holofernes q̄ impugnabat filios iſrl' obſediſſet bethuliā: p totā noctē i eccleſiā dei inierūt ꝛ orauerūt petētes auxiliū a dn̄o. Tot eni ſunt inimici ꝛ tot modis ipugnāt q̄ ſine adiutorio dei eis reſiſtere n̄ poſſumꝰ. iō neceſſe ē vt eis p orōem reſiſtamus. Un̄ dr̄ Exod. xvij. Cūq̄ʒ eleuabat Moyſes manus vincebat iſrl' q̄n̄ remiſit vicebat amalech. Nō hyſto. Un̄ Judith. iiij. Mēores eſtote ſui dei moyſi q̄ amalech nō ferro pugnādo ſʒ pcibꝫ deuicit. Scḋo ꝓpt' iudicis ſeuiſſimā vl' gūiſſimā offēſiōʒ. Un̄ ſicīā aliq̄s ſuſpēdēdꝰ ſtās corā iudice cū magna ꝯſtātia ꝛ inſtantia veniā petit. Ita tu cū mag̃ inſtātia veniam anie petere debes. ps. Uitā petijt a te ꝛ tribuiſti ei lōgitudinē dieꝝ i ſclm ſcli. vitā vtiq̄ʒ ſpūalē ꝛ eternalē. Sed attēde qḋ ait. b. Gre. Eternā vitaʒ ſi ore petimꝰ nec corde deſideramꝰ clamātes tacemꝰ. Matt. vij. Nō oīs q̄ dic mihi dn̄e dn̄e itrabit i reg. ce. ſʒ q̄ fac volūtatē pr̄is mei qui i cel' ē. Scḋo debemꝰ circa petitōʒ ꝯgruitatē ſiue q̄litatē adūtere. ſ. q̄lis debeat eē q̄ petit. et q̄lia petere debeat. ꝛ q̄liter petere debeat Circa ꝑmū nota q̄ qui vult petere dʒ eē ſine pctō. j. Joh̄. iij. Chariſſimi ſi cor nr̄m nō rephēderit nos: fiduciam habemus ad deū q̄ q̄cq̄d petierimꝰ recipiemꝰ ab eo. Quē aūt rephendit de aliquo pctō hūc nō exaudit dn̄s. ps. Iniquitatē ſi aſpexi in corde meo nō exaudiet deꝰ. Greg. Cū is q̄ diſplicet

ad inſceden̄du͂ mittiꝰ irati anim⁹ ad de
teriora ꝓuocatˀ. Et maxīe q̄ odiu͂ h̄nt
ī corde. qꝛ ꝯ ſeipm̄ petit tal'q̄n dic̄. di
mitte nob̄ debita nr̄a ſic̄ ꝛc̄. Scđo vi/
dēdu͂ ē q̄lia debem⁹ petere. ſ. bona ſpu͂a
lia vel bona poſſibilia ꝛ vtilia. j. Joh̄.
v. Q̄d̄cu͂qꝫ petieritis ꝯm volu͂tatē ei⁹
exaudiet vos. Salutē aīe tue ꝛ ea q̄
ad ſalutē ſunt petere debes. talia ſꝫ vo
lu͂tatē dei ſunt. Vn̄. j. Theſ. iiij. Hec
eſt volu͂tas dei ſctificatio vr̄a. i. ſalua/
tio vr̄a. qui aliter petit nō exaudietur
Beda. Qui diuitias et honores ſcl'i
petit aut vindictā certā de inimico: ip
ſe ī infimis iacēs viles ad deum ꝑces
mittit. Vn̄ ait dn̄s Salomoni regi
iij. Reg. iij. Quia poſtulaſti tibi ſapi
entiā ꝛ nō petiſti dies m̄ltos aut diui
tias aut aīas inimicoꝝ tuoꝝ ꝛc̄. Nō
hyſto. Tercio vidēdu͂ ē q̄lr̄ debem⁹
petere: qꝛ intēte ꝛ deuote. ps̄. Delecta/
re ī dn̄o: ꝛ dabit tibi petitiōes cordis
tui. Jſid̄. Verba dep̄cātꝭ de⁹ n̄ attēdit:
ſꝫ cor orātis aſpicit. Tercio circa pe/
titiōeꝫ attēdere debem⁹ diuinā largita
tē. Jpe enī dat abu͂dāter. inceſſanˀ et
largiter. De p̄mo dr̄ Jac̄. j. Poſtulet
hō a deo qui dat oīb⁹ affluēter: ꝛ n̄ im
ꝓperat ꝛ dabiꝰ ei. Bn̄ dicit. affluēter
plus enī dat q̄ꝫ petere poſſum⁹. Eph̄.
iij. Potēs ē om̄ia facere abu͂dāter. i.
abu͂dāti⁹ q̄ꝫ petim⁹. Hoc ꝑtꝫ ī filio ꝓ/
digo Lu. xv. Maiora em̄ accepit qꝫ
petiuit. qm̄ petiuit q̄ faceret eu͂ ſicvnu͂
ex mercēnarijs ſuis: ꝛ pl⁹ dedit ei. qm̄
in filiu͂ eu͂ recepit. Et in Zacharia cui
orāti ꝓ ſalute ppl'i dictu͂ ē ab angelo.
Ne timeas Zacharia exaudita ē ora
tio tua. Jnſuꝑ elizabeth vxor tua pa
riet tibi filiu͂. ꝓ filio nō rogabat. et tn̄
ſibi datus ē Lu. j. Scđo dat inceſſā
ter. Eccl̄i. xvij. Numeꝝ dieꝝ ꝛ tp̄s de/
dit illi. Quis dat tibi diem ī quo ho
die viuis ꝛ oēs dies quos vixiſti: im
mo deus. Quot ḡ dieb⁹ ſiue horis vi
xeris tot dona dei recipis. quid dicā d̄
bonis q̄ ꝑ oēs dies ꝛ horas vite danˀ
ꝛ de tꝑalib⁹ ꝛ ſpu͂alib⁹. q̄tidie ei dat ꝓ
te corp⁹ ſuu͂ offerēdu͂. Jo. vi. Dn̄e da
nob̄ ſemꝑ panē hu͂c. O quāta putaſ
dabit in celo qui tanta dat ī mu͂do:
Aug. Qui pctōri donauit morteꝫ fi/
lij ſui: q̄d ſeruat ſaluaturo ꝑ mortē fi/
lij ſui: Dn̄s ḡ nō ceſſat dare ſi nō ceſ/
ſas petere. Mat. vij. Petite et dabiꝰ
vob̄. Jtē nō ceſſat dare ſi tu nō ceſſas
dare. Luce. vj. Date et dabiꝰ vobis.
Aug. Erubeſcat hu͂ana pigritia. pl⁹
vult ille dare q̄ꝫ nos acciꝑe. Dedit ei
nobis ī p̄nti naturā vt eſſemus. aīaꝫ
vt viuerem⁹. mentē vt intelligerem⁹.
dabit etiā ī futuro q̇cq̇d deſideramus
Amb̄. Jn futuro apparebit donu͂ dei
ī remuneratōe credētiu͂. q̄d oculus n̄
vidit. nec auris audiuit: nec cor hoīs
cogitare poterit. Q̄d nobiſ donet qui
ſine fine viuit ꝛ regnat.

## De aſcenſione domini.
## Sermo. xcj.

**Ecce aſcēdit**

q̄ſi aq̄la. ꝛ expādit alas ſu/
as ſuꝑ boſra. hiere. xlix. Jn
iſtis ꝟbis tanguꝰ duo. Primu͂ ē aſcē
ſio dn̄i q̄n dr̄. Aſcendit q̄ſi aq̄la. Se
cu͂du͂ ē ſpu͂ſ ſcti miſſio cu͂ ſbiu͂giꝰ. ꝛ ex/
pādit alas ſuas ſuꝑ boſra. Boſra enī
inꝑꝑtaꝰ āguſtia. ꝛ ſigt̄ diſcipl'os xp̄i q̄
erāt in anguſtia ꝛ turbati de abſentia

ipſi⁹. Sup illos expandit alas ſuas qñ ſpm̄ſctm̄ eis miſit. Circa ꝑmuȝ ſciēdū ꝙ xp̄s ꝯpaꝛ̄ aq̄le ꝓpꝛ̄ mltas ꝓ/prietates aq̄le. Pꝛia ē libalitaſ. Ado em̄ libaliſ ē aq̄la ꝙ ſuū cibū cū om̄ibꝫ auibꝫ diuidit ⁊ eas paſcit. Sic facil/la nobil' aq̄la. i. xp̄s qui ſua libalitate paſcit totū mūdū. Uidem⁹ em̄ ꝙ de⁹ oīa ad nr̄m victū ⁊ ad nr̄aȝ vtilitatē ⁊ voluntatē creauit. Uolucres celi ⁊ piſces marꝭ ⁊ beſtias terre. diūſa genera fructuū ⁊ ſeminū: q̇ fruct⁹ t̄re ſingulis annis ꝓcedunt. ⁊ in h̄ nō ſufficit ſibi q̇n ꝓpꝛiū corp⁹ dedit nob i cibū ⁊ ſanguinē ſuū i potū. Un̄ accepit panē fregit bn̄dixit ⁊ dedit diſcipul' ſuis dicēs Accipite ⁊ comedite h̄ ē corpus meū Silr̄ et calicē poſtq̄ȝ cenauit dicēs ⁊c. Sic tūc cibauit eos ſuo corpe: ſic adhuc cibat q̄tidie om̄s qui digni ſunt.

Scd̄o inuenim⁹ i aquila ꝙ alti⁹ volat q̄ȝ alie aues ⁊ alti⁹ nidificat. ſic xp̄s hodie alti⁹ volauit i hūanitate q̄ȝ aliquis hō vnq̄ȝ fecit. qꝛ ſup oēs choroſ angeloꝝ aſcēdit. De iſto volatu dicit̄ Job. xxxix. Ad p̄ceptū tuuȝ eleuabit̄ aquila. ⁊ i abditꝭ et arduis pōet nidū ſuū. Aquila iſta xp̄s ē: qui ad p̄ceptū pr̄is ſui celeſtꝭ de celo ad t̄rā deſcēdit: ⁊ hodie ſup oēs choros angeloꝝ reaſcēdit. ⁊ ibi poſuit nidū ſuū: ⁊ habitatione ſuā i arduis. ſ. ad dexterā dei patris ſui cui regn̄t coeq̄lis. Et q̄re ita alte nidū ſuū poſuit? certe h̄ fecit iō vt noſtꝝ p⁹ ſe traheret affectū ⁊ deſideriū. Deute. xxxij. Sic aquila advolādū ꝓuocat pullos ſuos: ⁊ ſup eos volitās expādit alas ſuas. ſic xp̄s an̄ nos aſcendit: ⁊ alas ſuas ſup nos expandit: vt nos q̇ ſum⁹ pulli ei⁹ poſt eū volemus.

Due em̄ ale q̄bꝫ nos volare debem⁹ p⁹ ip̄ȝ ſ̄t duplex charitas. ſ. dei ⁊ ꝓximi. ſine quibꝫ ad eū null⁹ vēire p̄t. De iſtis alis h̄r Apoc. xij. vbi d̄r ꝙ int̄ cet̄a mirabilia oñſa ē Johi mlier parturiēs ⁊ draco magn⁹ h̄n̄s. vij. capita. expectauit fructū mulierꝭ: vt poſtq̄ȝ ꝑpiſſȝ deuoraret. Tūc mulieri date ſ̄t due ale aquile ⁊ euolauit. Mlier iſta ꝑturiēs ſignificat quālibet fidelē aīaȝ ſctāȝ: q̄ ꝑturit cū fructū bōi opis fac̄. Sȝ draco cū. vij. capitibꝫ. i. diabolus cū. vij. capitalibꝫ pctīs nitit̄ fructū bōi opis īpedire ⁊ annihilare. Si aūt vult aīa euadere inſidiātes ei⁹ oēs: dȝ aſſumere duas alas aquile. i. duplicē charitatē dei ⁊ ꝓximi tūc n̄ p̄t diabol⁹ fructū ei⁹ ſuffocare Et his duabꝫ alis p̄t aīa volare ad xp̄ȝ i celū. Aug. Quiſquis dilexerit deū ⁊ ꝓximū h̄ȝ aīaȝ p̄nataȝ liberꝭ alis ſctō amore volantē in celū. Quicūq̄ȝ āt ſcl'i amore iplicat̄ defectū h̄ȝ i p̄nis. q̄cūq̄ȝ haꝝ alaꝝ caruerꝭ ad celū n̄ volab

Tercio inuenim⁹ i aquila ꝙ p̄cellit alias aues i viſu. qꝛ limpidi⁹ videt ſolē q̄ȝ alie aues. Un̄ de ea legit̄ ꝙ ſolȝ pullos ſuos ꝓbare ꝯ ſolē. ſi ſolē clare ītuet̄ cog̊ſcit eē ſuos ⁊ nutrit eos. Pullū v̄o q̇ ſolē clare n̄ intuet̄ deijcit de nido tāq̄ȝ alienū. Iſtō inuenim⁹ i aquila iſta. ſ. i xp̄o q̇ valde acutū viſuȝ h̄ȝ. Heb. iiij. Oīa apta ⁊ nuda ſ̄t ocul' ei⁹. Nihil em̄ ē i mōo adeo occultū q̇n ip̄e totū videat. nihil em̄ ita acutū vt ocl'i ei⁹ n̄ totū factū hoīs videāt. ⁊ n̄ ſolū facta ſȝ etiā mīmas cogitatōes ⁊ deſideria cordiū intuet̄. Et ſi aliq̇s videt aliū male agere clamat ve tibi quid agis. ſic aq̄la iſta. ſ. xp̄s qui cuncta videt clamat pctōribus.

Quid facitis. τ h̄ ꝑ vocē ꝑdicatoꝝ vł ꝑ ꝯſciā interiꝰ mordētē De iſta aqui la dr Apoc. viij. Uidi τ audiui vocē vniꝰ aquile volātis ꝑ mediū celi cla/ mātē τ dicētē voce mag̃. Ue ve ve hi/ tātib' i t'ra. i. illꝰ qui hn̄t corda īclīata ad t'rena τ nō ad celeſtia. Illꝰ dic trib' vicib' ve ve ve. ꝑmo ve ꝓ pctō cordiſ ſcd̄o ve ꝓ pctō oris. tercio ve ꝓ pctō opis. Pctā cordis ſunt cogitatōnes male. deſideria mala. ſupbia. inuidia ira. odiū. auaricia. vana glīa: τ ſilia. Pctā oris ſunt verba turpia τ mala. mēdacia. detractōes. piuria τ ſimilia. Pctā opis ſunt furta. homicidia. ra pina. vſura. luxuria. gula τ ſilia. Oīa iſta ſꝫ nuda et apta oculꝭ eiꝰ q̄ntūcūqꝫ occulte ꝯtigūt. Exēplū i thayde me retrice. Thays meretrix erat tante pul critudis ꝙ mlti ꝓpꝭ eā vēditꝭ ſubſtan tijs ad vltimū ad pauptatē deuenerīt finalē. τ mlti ſe mutuo occiderūt. τ ſic mltas aīas diabolo offerebat. Qd̄ au diēs q̄dā ſctūs abbas ſumpto habi/ tu ſclari vēit ad eā dās ei ſolidū. q̄ pu tās eū velle peccare cū ea ītroduxit eū i ſecretū cubiculū. At ille. Eſt ne alid̄ ſecretiꝰ cubiculū vbi nullꝰ videre poſ/ ſit: Cui illa. nullꝰ hoīꝫ h̄ videre poīt. Si aūt deū times: nō ē locꝰ ita occul/ tus qui ei abſcōdaꝭ. Cui ſcūs. Crediſ eē deū qui oīa videat q̄ i mūdo ꝯtin/ gūt: At illa. Credo. Cui ſctūs. Cur ḡ aīaꝫ tuā et tātas aīas dānaſti: qꝛ nō ſoluꝫ ꝓ te: ſꝫ ꝓ oib' illis redditura es rōeꝫ. Qd̄ audiēs illa ꝯtrita ad pedes eiꝰ cecidit τ cū lacrimis veniā poſtula uit. Et acceptꝭ bonis oīb' detulit in mediā ciuitatē: τ corā oīb' ꝯbuſſit dicēs. Uenite τ videte quō ea q̄ peccā do lucrata ſum exurā. Et h̄ facto pre/ xit ad abbatē τ petiuit veniā. q̄ inclu/ ſit eā in q̄dā cellula trib' annis. Po/ ſtea reuelatū ē ei ꝙ dn̄s pniam eiꝰ ac/ ceptaſſet: τ ei oīa pctā dimiſiſſꝫ. τ tūc eā eduxit. τ poſt q̄ndecim dies ad do/ minuꝫ miḡuit. Attēde ḡo hō ꝙ dn̄s oīa videt tanq̄ꝫ ſibi pſentia.

## De eodem. Sermo. xcij.

Aſcendit deus i iubilatiōe: τ dn̄s i voce tube. glo. reuerteꝭ. p̄s. In v'bis ꝓpoſitis duo notanꝭ. Primuꝫ iocūda xp̄i aſcēſio. Scd̄m tremebun dū xp̄i ad iudiciū reuerſio. Primuꝫ ibi. Aſcēdit deus i iubilatōe. Scd̄m ibi. τ dn̄s in voce tube. Circa ꝑmuꝫ notandū. ꝙ aſcēſio xp̄i fuit trib' iocū da. ſ. ſibi ipſi. ſanctis angelis τ antiq̄s patrib'. Gaudebat em̄ ipſe ꝓpꝭ ope/ ris ſui ꝯſummatōeꝫ. Hoīes em̄ ſolēt multuꝫ letari q̄n magnalia opa lau/ dabili fine pegerūt. Sic xp̄s opꝰ ſuū a p̄re celeſti traditū ſibi laudabiliter expleuerat. Un̄ dicit Joh̄. xvij. Opꝰ ꝯſummaui qd̄ dediſti mihi vt facerē. Et moriēs dixit Joh̄. xix. Cōſumma tū ē quicq̄d mihi ꝯmiſſuꝫ ēa p̄re meo Nā mundū vicerat ꝑ pauptatē. Jo hā. xvj. Cōfidite qꝛ ego vici mundū Diabolū vicit ꝑ humilitatē. Jo. xvj. Princeps huiꝰ mūdi iā iudicatus ē. Hoīeꝫ ꝑditū repauerat ꝑ penalitatē. et iō letāter aſcēdit Lu. xv. dicens ad angelos. Cōgratulamī mihi qꝛ inue ni ouē meā quā ꝑdiderā. Nota parab lā. require dn̄ica tercia poſt feſtū trini tatis i euāgelio. Secūdo fuit xp̄i

aſcēſio iocūda angel'. Gaudebāt em̄ p̄mo angeli ꝓpter noui hoīs viſiōez. q̄ꝛ ip̄e ē i quē deſiderāt angeli ꝓſpicere ſic dr̄.j. Pe.j. Sup illo ꝟbo dic glo. Tanta ē illi⁹ hoīs q̄ ꝓ nob paſſus eſt glīa: vt etiā angelice i celo ꝟtutes cuꝫ ſint eternefelicitatꝫ ꝑfecte: nō ſolū imoꝛtal' diuitatꝫ magnificētiā: ſꝫ etiā aſſū/ pte hūanitatꝫ claritatē ſp aſpicer gaudeāt. In aſcēſiōe xp̄i cū viderēt āgeli nouū hoīez veniēte quē nūq̄ȝ i celo viderāt ab iītio: ꝛ cū ituerēt ei⁹ faciē.i.ip ſi⁹ faciei pulcritudinē: repleti ſr̄ īmmē ſo gaudio. ita q̄ ſp i eū ꝓſpicere deſiderāt. cui⁹ faciē nūq̄ȝ cernere ceſſant. Tā iocūda ē facies illa ſic dicit Fulgēti⁹. q̄ ſi aīa eēt in oīb⁹ penis inferni ꝛ videre poſſet faciē illā nullo mō ſentiret penā iferni. Hāc faciē ſcti p̄res exiſtentes i lymbo cū magno deſiderio deſiderauerūt dicētes cū p̄s. Oñde nob faciē tuā ꝛ ſalui erim⁹. Et etiā exn̄tes in ſc̄lo deſiderabant faciē illaꝫ videre.iij. Regū.x. Uniuerſa terra deſiderabat videre vultū Salomōis regis.i. xp̄i Cū ḡ iſtā iocūdā faciē dei angeli viderēt multū letati ſr̄. Sc̄d̄o gaudebāt angeli ꝓpt̄ ruine eoꝝ reſtauratōꝫ Uidebāt em̄ cū veniētē cū mltitudīe magna ſaluādoꝝ q̄ debebāt replere locuꝫ ex q̄ lucifer cū ſuis ceciderat. Luc.xv. Gaudiū eſt angel' dei ſup vno pctōre pniāꝫ agēte. Quid putas q̄le gaudium tunc erat eis cū viderēt tot milia ſaluādoꝝ cū xp̄o vēire. Tercio aſcēſio xp̄i fuit iocūda p̄rib⁹ i lymbo iferni. Gaudebāt em̄ ꝓpter tria. ꝓpt̄ carceris ereptōez. ꝓpter regni celeſtꝫ adeptōꝫ. ꝓpt̄ angeloꝝ delectabilē aſſociatōꝫ. De his trib⁹ dr̄ Iſa.lij. Leuauerūt vocē ꝓpt̄ carcerꝫ euaſiōꝫ: qn̄ dicebāt. Aduenīſti deſiderabil' quē expectabam⁹ i tenebrꝫ. ſil' laudātes ꝓpt̄ celeſtꝫ regni māſiōez. q̄ꝛ oc'lo ad oculū videbūt dei faciē: ꝛ ſocietatē angeloꝝ delectabilē. Sc̄d̄o gaudebāt ꝓpt̄ humane nat̄e ſblimatōꝫ. Nā hūana natura ſublimata fuit ſup naturā angeloꝝ in xp̄o. Uñ angeli dignitatē hūanenat̄e ꝯſiderātes deīceps ꝓhibuerūt ſe ab hoīb⁹ adoꝛari. ſic dr̄ Apoc̄. xix. Cecidit ioħes añ pedes angeli vt adoraret eū. Et dixit ei angel⁹. vide ne feceris: ꝯſeru⁹ enī tu⁹ ſuꝫ ꝛ fr̄. Ibi dic glo. In veſt lege nō ꝓhibuit ſe adoꝛari angel⁹. ſꝫ p⁹ aſcēſiōꝫ vidēs ſup̄ ſe exaltari hūanā naturam ab hoīe timuit adoꝛari. Leo papa. Nat̄a nr̄e hūanitatꝫ hodie vltra cūctoꝝ altitudinē ad dei p̄ris ꝑtātē ē ꝓuecta. Cōceſſuꝫ ē vt mirabilioꝛ fieret dei grā cū remota ſit ab aſpectu hoīm ꝛc̄. Sic pꝫ p̄mū.ſ. q̄ iocūda ſit dei aſcenſio. Sc̄d̄o notat̄ tremebūda xp̄i reuerſio. q̄ꝛ i voce tube reuertet̄ q̄ nō occulta erit ſꝫ manifeſta. ꝛ oīb⁹ pctōrib⁹ tremebūda. Naꝫ ꝟtutes celoꝝ mouebunt̄.i. ad modū tremētiū ſe habebūt. ſic dr̄ Luce.xxj. q̄d ḡ erit d̄ miſerꝫ pctōrib⁹. Sciendū aūt q̄ audiet̄ triplex vox i aduētu xp̄i ad iudiciū.ſ. citatōis. diſceptatiōis ꝛ diffinitōis. Prima vox ē citatōis qn̄ mortui citāt̄ ad iudiciū. Mat.xxiiij Mittet angelos cū tuba ꝛ voce mag̃ ꝛ ꝯgregabūt electos cū repꝛob a q̄ttuoꝛ vētis celi.i.a q̄ttuoꝛ finib⁹ t̄re. oriēte. occidēte. aq̄lone ꝛ auſtro. Chꝛiſoſ. O q̄ȝ mag̃ erit vox illa ꝛ terribilis cui obediūt oīa elemēta. q̄ petras ſcindit iferos frāgit, monumēta apit, vincula

moꝛtꝫ diſſoluit. et vniūſos moꝛtuos
reſurgere fac: ⁊ ad iudiciū vēire ꝯpellit
Adeo t̃ribil' erit reproƀ ſic dic Augꝰ.
ꝙ mallēt oīa iferni toꝛmēta ſuſtiere qꝫ
ipaꝫ audire. Nō eī ſolū hoīes bonos
ſꝫ etiā malos ⁊ oīa demōia ſiue velit ſi
ue nolit añ ipm ſic añ creatoꝛē ſuū re
gē deū ⁊ iudicē oīm cōgregabūt. nec a
ꝯſpectu eiꝰ ſe mouere pñt: nec licētiari
nec ꝯdēnari niſi ab eo. Ecce mirabil' ⁊
ſtupēda maieſtas ⁊ dignitas ſaluato/
ris nr̃i. qꝛ ſola ꝟtute volūtatꝫ ſue ꝯgre
gabūt añ eū oēs habitātes i celo ⁊ in
terra ⁊ ſƀ terra ⁊ i inferno: ne ſit qui ſe
abſcōdat a caloꝛis ſui ꝟtute. Jſtō ita
terribile erit ꝙ dānati tūc dicēt mon/
tibꝫ. Cadite ſup nos: ⁊ collibꝫ coopi/
te nos. De iſta voce dic. b. hiero. Si
ue comedā ſiue bibā ſiue aliq̇d aliud
faciā: ſp videt̃ mihi iſonare i auribus
meis illa vox t̃ribil'. Surgite moꝛtui
⁊ vēite ad iudiciū. Hec vox citatiōis
ē terribil'. ſꝫ vox diſceptatōis erit terri
bilioꝛ. de q̄ dꝛ Joelis. iij. Cōgregabo
oēs gētes ⁊ ducā eas i vallē ioſaphat
⁊ ibi diſceptabo cuꝫ eis. Diſceptabit
aūt a maximis incipiēs ⁊ vſqꝫ ad no/
uiſſima deueniens. Pꝛio obijciet ma
lis bñficiū paſſionis ſue. ꝓpt̃ h̄ cica/
trices reſeruauit. Aug. Dns iō cicat̃/
ces reſeruauit: vt i iudicio hoſtibꝫ ſu/
is exprobꝛet. ⁊ ꝯuincēs eos dicet. Ec
ce hoīeꝫ quē crucifixiſtis. ecce deum ⁊
hoīem i quē credere noluiſtis. videte
vulnera q̄ ifixiſtꝫ. agnoſcite latꝰ qd̄ pu
pugiſtꝫ. ꝓpt̃ vos aptū ē ⁊ itrare noluí
ſtis. Chꝛiſ. Exprobꝛabit i iudicio cū
pctōꝛibꝫ mal' dicꝫ. Ego pꝛopt̃ vos fa
ctꝰ ſuꝫ hō. ꝓpt̃ vos alligatꝰ ſuꝫ. illuſus
ceſus. crucifixꝰ. vbi ē tanta ꝝ iniuria ꝝ
fructꝰ. Ecce p̄ciū ſanguīs mei qd̄ dedi
i redēptōꝫ aīaꝝ vr̃aꝝ. vbi fuitus vr̃a
quā p̄ p̄cio ſanguīs mei reddidiſtis
mihi? Ego ſup vos gliaꝫ meā habui
cū eſſem deꝰ apparens hō vilioꝛē oībꝫ
rebꝫ me feciſtꝫ: cū rē viliſſimaꝫ t̃re plꝰ
me dilexiſtis. Tūc incipiēt deflere tā/
tū bñficiū neglectū. Joh. xix. Aſpici
ent i quē trāſfixerūt. Plāgēt ſup ſe iu
dei vidētes viuentē ⁊ viuificātē. quē
quaſi hoīem moꝛtuū eſtimabāt. ⁊ vi
dētes eū coꝛpe vulneratū ſcelꝰ ſuū de/
negare nō poterūt. Plāgent ⁊ gētiles
qꝛ varijs diſputatōibꝫ phoꝝ decepti
irrōnabilē iuſticiā eſſe deū colere cruci
fixū. Plangent ſup ſe xp̄iani pctōꝛes
qꝛ magis dilexerūt munduꝫ qꝫ deum
xp̄m. Plangēt ſup ſe heretici. qꝛ puꝝ
hoīem crucifixū dixerūt cū vidēt ipm
iudicē quē iudei crucifixerūt. Plāgēt
ſup ſe oēs tribꝫ terre. qꝛ nec reſiſtendi
virtꝰ eſt ꝯ eū. nec fugiēdi facultas ē a
facie eiꝰ. nec pnie locꝰ. nec ſatiſfaciēdi
tp̄s: ex anguſtia oīm reꝝ nihil eis re/
manet niſi luctꝰ. Deinde diſceptabit
de oībꝫ locutōibꝫ. cogitatōibꝫ. opibꝫ.
greſſibꝫ. vita. tp̄e. de bonis collatis rō
nē req̇rendo. Req̇re i ſer. pꝰ trinitatis
videlicet. Redde rōeꝫ. Ad vltimū ſe
quit̃ tercia vox. ſ. diffinitōis: q̄ terribi
liſſima erit. ⁊ ē qñ vltia ſnia dat̃ de dā
natis. de qua Zacha. ix. Dñs in tuba
canet: ⁊ exibit vt fulgur gladiꝰ eiꝰ. ſ. vl
tima ſnia qñ dicet. Jte maledicti in
ig. eter. ⁊c. Jlla vox adeo terribil' erit
damnatis: ꝙ vellent ſi fieri poſſet: ꝙ
nunqꝫ fuiſſent nati. Req̇re i aduētu
in ſer. Uidebūt filiū homis.

Dñica poſt aſcenſionē dñi.
Sermo. xciij.



76

# D̄nica poſt aſcenſionē dn̄i

Stote pru-
dētes ⁊ vigilate i orōibꝰ ve
ſtris. j. Pe. iiij. In v̄bis iſtis
inuitamur ad duo. ſ. ad prudentiā: ⁊
ad orōis ↄſtantiā. Primū ibi. Eſto-
te prudētes. Scd̄m ibi. Et vigilate i
orōnibꝰ vr̄is. Circa primū nota q̄
duplex eſt prudentia. ſ. bona ⁊ mala.
Mala ꝓhibet̄ ⁊ bona ꝑſuadet̄. Pru-
dētia mala ē q̄ hō fraudat ⁊ decipit ꝓ
ximū ſuū. Eccī. xix. Nō ē ſapiā diſci-
plina nequitie. ⁊ n̄ ē bonꝰ cogitatꝰ pru
dētia pctōꝝ. q. d. Qui doctꝰ ē nequit̄
agere ⁊ doloſe ↄ ꝓximū ſuū nō pt̄ dici
prudēs: ſʒ malꝰ ⁊ doloſus. ⁊ hec nō pt̄
dici prudētia ſʒ malicia. Tal' ē prudē
tia vulpis qui īſidiat̄ alijs aīalibꝰ vt
decipiat. illa prudentia dr̄ diabolica.
Diabolꝰ em̄ ſp̄ ītēdit facere malū ⁊ ali
os decipe. Iac. iij. Nō ē ſapiā iſta de-
ſurſuʒ deſcēdēs: ſed t̄rena aīalis ⁊ dia
bolica. De talibꝰ dr̄ Hiere. iiij. Sapi
entes ſt̄ vt faciāt mala. bn̄ aūt facere
neſcierūt. Tales imitāt̄ diabolū q̄ bn̄
facere neſcit ſed male. Prudētia iſta
mala ē. n̄ ſolū q̄ꝛ nocet ꝓxio: ſʒ etiā q̄ꝛ
nocet ꝓꝓo dn̄o. q̄ꝛ tales maiorē curā
hn̄t de corpe q̄ꝫ de aīa ſua. Siles illi q̄
ventrē ſuū paſcit ⁊ ſeipm̄ i aīa ſua īter
ficit. Iſta prudētia vocat̄ carnis Ro.
viij. Prudētia carnis mors ē. prudē
tia ſpūs vita ⁊ pax. Et v̄e pruden
tia carnis mors ē. q̄ꝛ ducit ad mortē
eternā. Sic videmꝰ q̄ equꝰ effrenatꝰ
⁊ nimis laſciuꝰ aliqn̄ p̄cipitat dn̄m ſu
um. ſic caro nimis delicate nutrita ali
qn̄ p̄cipitat aīam i gehēnā. Hec pru
dētia carnis ſilis ē aſtutie infirmoꝝ.
qui cogitāt quō ignorantibꝰ cuſtodi
bus et medicis comedāt ꝓhibitū. De
talibꝰ em̄ dr̄ Prouer. j. Uſq̄ꝫ q̄ puuli
diligitis infantiā: ⁊ ſtulti q̄ ſibi noxia
ſunt cupiūt. Prudētia aūt ſpūs ē vi
ta ⁊ pax. q̄ꝛ qn̄ ſm̄ ſpm̄ regit̄ caro: m̄lt̄
to āpliꝰ viuit tā vita ſpūali q̄ꝫ carnali
Eſt em̄ prudētia hec tāq̄ꝫ vite medi-
cina ↄſeruatiua. Eccī. xxxviij. Altiſſi
mus de terra creauit medicinā. i. diſci
plinā. ⁊ vir prudēs nō abhorrebit eā
Prudētia etiā ſpūs acquirit pacē in
ter carnē ⁊ animā. Equus em̄ medio
criter pigritatus vel impinguatꝰ ſeſ-
ſorē ſuū nō p̄cipitat. Sic patʒ de pru.
dentia mala que nocet ꝓximo et ipſi
dn̄o. i. corpi. Eſt em̄ alia prudentia
que dr̄ bona. quaʒ nobis ſuadet dn̄s
Mat. x. Eſtote prudētes ſicut ſerpē-
tes. Prudētia ſerpētis ē: qn̄ cutis ſua
indurata ē abſtinet ſe ꝑ aliquos dies
⁊ tūc querit artū foramē ⁊ tranſit ꝑ il
lud. ⁊ deponit ibi antiquā pellē et reci-
pit nouaʒ. Sic debēt ſerui dei facere et
deponere antiqua pctā ꝑ artā peniten
tiā. Dicit̄ em̄ Mat. vij. Arta eſt via
q̄ ducit ad vitā eternaʒ. ⁊ anguſta eſt
porta celi. et iō nullꝰ pōt intrare niſi de
ponat antiquā pellē. i. antiquā cōſue
tudinē peccandi. Sʒ quidā ſiles ſunt
mauro ſiue ethiopi q̄ cutē ſuā muta-
re n̄ pt̄. d̄ quibꝰ dr̄ Hiere. xiij. Si mu
tare pt̄ ethiops pellē ſuā: ⁊ pardꝰ ſuaʒ
varietatē. ⁊ vos poteritis bn̄ facere cū
didiceritis malū. vel cū didiciſtis ma
luʒ. Itē prudentia ſerpētis eſt q̄ expo
nit totū corpus ꝓ capite ſuo. ſic ſeruꝰ
dei debet facere. debet ſe morti exponere
ꝓ capite ſuo. i. xp̄o. Xp̄s em̄ caput no
ſtrum ē ⁊ nos membra eius. Unde a

xp̄o dicimur xp̄iani. Sicut ḡ ip̄e ſe ꝑ
nob morti expoſuit: ita ⁊ nos ecōuer/
ſo. ⁊ h̄ ē ſignū dilectōis. Jo. xv. Ma
ioꝛē hac charitatē nēo hꝫ ⁊c̄. Vn̄ cuꝫ
dn̄s dixiſſꝫ petro Petre amas me. rn̄
dit. Tu ſcis dn̄e qꝛ amo te: ⁊ aīaꝫ me
am. i. vitā pono ꝑ te. i. pat⁹ ſuꝫ pōere
ꝑ te Jo. xxj. Exēplū. ij. Macha. vij.
i mľiere cū. vij. filijſ qui ſe morti expo
ſuerūt pōti⁹ q̄ꝫ ꝯ legē carnes poꝛcinas
comediſſent/ Jtē ſ̄pēs diligit ſolē ⁊ de/
lectaꝛ eſſe i ſole. qꝛ cū frigid⁹ ſit ꝑ natu
rā ꝑ caloꝛē ſol' ꝯfoꝛtaꝛ. Sic ſ̄ui dei di/
ligere debēt veꝝ deū et veꝝ ſolē. i. xp̄m.
⁊ in eo delectari. ⁊ in nulla alia creaꝛa.
p̄s. Delectare i dn̄o ⁊c̄. Eccs̄. xj. Dul
ce lumē ⁊ delectabile ē ocul' videre ſolē.
Sed multi ſunt ſicut noctua q̄ mag̃
delectaꝛ in tenebris hui⁹ mūdi q̄ꝫ i ſo/
le. ſicut illi qui delectanꝛ i tenebris hu
ius mūdi: videlicet in pc̄tis. ⁊ in reb⁹
tꝑalib⁹. Cōtra q̄s dꝛ Prouer. iij. Ha
beto fiduciā in dn̄o ex toto coꝛde tuo
⁊ ne innitaris prudētie tue. ſ. munda
ne ⁊ carnis. q̄ prudētia ꝯſiſtit in appe
titu carnaliū voluptatū ⁊ reꝝ tꝑaliū
Vn̄. j. Paral'. xxij. Det tibi deus pru
dentiā vt ſcias deū diligere ⁊ cognoſce
re. Jtē ſerpēs ꝓuidus ē et ꝓuigil cōtra
ꝑicula. ſic ſeru⁹ dei debet eſſe ꝓuidus in
p̄cauēdo futura ꝑicula. Jſtā pruden
tiā habuerūt q̄nqꝫ prudētes ỽgines
q̄ cū lampadib⁹ ardētib⁹ expectabāt
dn̄m aduenientē. Matt. xxv. Me/
dia autē nocte clamoꝛ factus eſt. ecce
ſpōſus venit. ⁊ que parate erāt intra/
uerūt cū eo ad nuptias. Ad q̄s nos
ꝑducat ⁊c̄.

De eodem.
Sermo. xciiij.

Um venerit paclit⁹ quē ego mittam
vob a p̄re ſp̄m ỽitatꝭ qui
a p̄re ꝓcedit: ille teſtioniū ꝑhibebit de
me Joh̄. xv. Jn ỽbis ꝓpoſitꝭ duo tā/
gūꝛ. Primū ē ſpūſſcti ꝓmiſſio. Se/
cundū ipſi⁹ miſſi oꝑatio. Primū ibi
Cū venerit paclit⁹. Scd̄m ibi. ille te
ſtimoniū ꝑhibebit de me Sciendū
aūt q̄ ſpūſſctūs miſſus fuit et mittiꝛ
multꝭ modis. Vno mō mittiꝛ vt accē
dat accidioſos ad amoꝛē. ⁊ iō appꝛuit
i ſp̄e ignis. Lu. xij. Jgnē veni mittere
in ꝛrā: q̄d volo niſi q̄ ardeat. Ber. Jn
igne appꝛuit ſpūſſcūs. qꝛ ab oī coꝛde
q̄d replet toꝛpoꝛē frigoꝛꝭ excutit. ⁊ deſi
deriū hoīs aſcēdere facit. Vn̄ certiſſi
mū ſignū ē qui hꝫ charitatē hꝫ ſpūm
ſctm̄. Jtē ignis ſꝑ tēdit ſurſuꝫ. ſic hōi
tēdūt ſꝑ ad celeſtia n̄ curātes iſta ꝛre/
na ⁊ trāſitoꝛia. qꝛ ꝯūſatō eoꝝ cū apl'o
ſꝑ i cel'ē. ⁊ iō cupiunt diſſolui ⁊ eſſe cū
xp̄o. Vn̄ p̄s. Heu mihi qꝛ icolat⁹ me
us ꝓlōgatus ē. Jgnis iſte ſꝑ nutrien/
dus ē ne extiguaꝛ. Leui. vj. Jgnis in
altari meo ſꝑ ardebit. quē nutꝛet ſacer
dos ſil' ſbijciēs ligna mane ꝑ ſingl'os
dies. Gre. Altare dei ē coꝛ nr̄m. i q̄ dꝫ
ardere ignis charitatꝭ. quē mane ⁊ ve
ſꝑe nutrim⁹ dū xp̄m mane iudicatū ⁊
veſpe crucifixū recolim⁹. Scd̄o itelli
giꝛ ſpūſſcūs miſſus eē ⁊ mittiꝛ vt nos
ꝯſoleꝛ i tribulatōib⁹. ⁊ ḡ dꝛ paclit⁹. i.
ꝯſolatoꝛ. ij. Choꝝ. j. Bn̄dict⁹ de⁹ ⁊ p̄r
dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i pr̄ miſcdiaꝝ ⁊ de⁹ toti⁹
ꝯſolatōis qui ꝯſolaꝛ nos i oī tribula
tōne nr̄a. Ber. Quātū cūqꝫ ſeuiat tri
bulatio n̄ putes te derelictū a deo. ſed

meminer̄is eē ſcp̄tū. Cū ipſo ſuʒ ī tri/
bulatōe. Et Michee.iiij. Quē affli/
xerā ꝯſolabor. Si ḡ affligit te de⁹ pau
ꝑtate: ꝯſolat̄ eťnas diuitias ꝓmittē/
do. Mat.v. Bti paupes ſpū qm̄ ip
ſoꝝ ē reg.ce. Iſa.xlix. Cōſolat⁹ ē dn̄s
ppl̄m ſuū. q: ipſemet fuit paup ī hoc
mūdo. ps. Paup ſuʒ ego ⁊ i laboribꝰ
a iuuētute mea. Paup ī ingreſſu .i. p
greſſu ⁊ i egreſſu. Et iō q̄ imitāť eū cū
voluntaria pauptate de ei⁹ familia ſť
⁊ hos ꝯſolat̄ i futuro. Exēplū i Laza
ro ⁊ diuite epulone. Cui dixit abraā
Fili recepiſti bona i vita tua. ⁊ lazar⁹
ſilr mala. nūc ꝯo hic ꝯſolať: tu aūt cru
ciaris. Si aūt affligit vos dn̄s ꝑ in/
firmitate vr̄a ꝯſolat̄ i futuro pcendo.
q: p afflictōʒ corpis i p̄nti euadit hō
futurā ⁊c̄. Naū.j. Afflixi te: nō affli/
gā te vltra. Et hec afflictio debet nob
eſſe ꝯſolatio. Vn̄ Job.vj. Hec mihi
ſit ꝯſolatio vt affligens me dolore nō
parcat. Gre. Iō quibuſdā dn̄s hic p
cit vt eos i ppetuuʒ feriat. iō hic ferit
nō parcēdo vt in eternū parcat Aug.
Hic vre hic ſecā vt in eternū parcas.
Greg. Electi qn̄qʒ timēt ne vltio q̄ ſu
ſpēdit i fine grauior fueť. paternā cor
rectionē deſiderāt: ⁊ dolorē vulneꝝ me
dicinā ſaluťs putāt. Exempiū. Qui/
dā vir ſanct⁹ ſingul'annis ꝯſueuit i fir
mari. Req̃re ſup i ſer. Cuʒ venerit ille
arguet mūdū. Tercio mittiť ſpūſſan
ctus q arguat pctōres. Joh.xvj. Cū
aūt venerit ille arguet mūdū de pctō.
id ē mūdanos p inſpiratōʒ. ſ. qn̄ mit
tit i cor tue ꝯſcie q dicat tibi q malū
eſt q peccas. Hiere.ij. Arguet te mali
cia tua: ⁊ auerſio tua icrepabit te. Et
ſeq̄ť. Et vide q̄ʒ malū ⁊ amaꝝ ē te dere
liq̄ſſe dn̄m deū tuū. Notādū q nll'a
pena ḡuior ē mala ꝯſcia. ſi aūt vis nū
q̄ʒ eē triſť bn̄ viue. Qui aūt male vi/
uit ſp hʒ ꝯturbatā ꝯſciaʒ. Cū ātſen/
tis aliquā cogitatōeʒ talē q̄ arguit te
de pctō: ſcias eē a ſpūſctō. Tu aūt obe
dias ei audiēdo ei⁹ icrepatōes. Alio/
qn ſiue vel'ſiue nol'i futuro horrendā
increpatōʒ ſuſtinebis. Prouer.xxix.
Qui corripiētē dura ceruice ꝯtēnit re
pēte ei ſupueniet interit⁹. ⁊ eū ſanitas
nō ſequeť qn̄ dicʒ dn̄s. Eſuriui et nō
dediſť mihi māducare ⁊c̄. Et ſequiť.
Ite maledicti i ignē eťnū. O q̄ʒ ḡuis
erit illa icrepatio. quā timuit dauid
di. Dn̄e ne i furore tuo arguas me ⁊c̄.
Abacuc.ij. Qui dicebat ſup cuſtodi
am meā ſtabo vt videā q̄d r̄ndeā ad
arguenteʒ me. Qui nō ſeipm arguit
tūc nō argueť. Job.xiij. Vias meas
arguā i ꝯſpectu ei⁹: ⁊ ipe erit ſaluator
me⁹. Quō aūt diſceptabit in iudicio
cū mal': req̄re i die aſcēſiōis i ſermone
Aſcēdit deus in iubilatōe. ⁊ inuenies
⁊c̄. Rogem⁹ igiť ſpūmſanctū ⁊c̄.

De ſctō ſpiritu Sermo.xcv.

f Actus eſt re
pente de celo ſon⁹ tāq̄ʒ adue/
nientis ſpūs vehemētis: ⁊ re
pleuit totā domū vbi erant ſedentes
Act.ij. Notādū q mltiplici ſpē ſpūſ/
ſctūs ē miſſus. Primo i ſpecie vēti:
vt i pſenti euāgelio vbi d̄r: q ſpūſſan
ctus venit i ſilitudine vēti vehemēťs.
Hoc aūt factū ē ad innuendū q ſpūſ
ſanctus agiles facit ad opandū q̄s re
plet. Glo. Neſcit eni tarda molimia
ſpūſſcti gr̄a. Vn̄ certū ſignū ē q q̄cun

ꝙ agiť ad bñ opandū ⁊ ad dei fruiti-um ꝙ hꝫ ſpm̄ſcm̄. Ro. viij. Quicūqꝫ ſpū dei aguť hi filij dei ſt̄ Sꝫ q̄dā hñt ſpm̄ſctm̄ et expellūt eū a ſe p imūdas ⁊ inutiles cogitatōes ⁊ opatōes Sap. j. Spūſſctūs aufert ſe a cogitatiōibꝫ q̄ ſunt ſine itellectu: ⁊ expelliť a ſupue niēte iniq̄tate. ⁊ tales merenť eternaꝫ mortē. Heb. x. Irritā q̄s faciens legē moyſi morieť. q̄nto mag̃ putatis deterio ra pmereri ſupplicia q̄ filiū dei ↄculca uerūt: ⁊ ſpūi grē ↄtūeliā fecerūt. Exē-plū de iuda q̄ ſpūmſanctū accepat. et peccādo eū expulit. ⁊ iō eťna morte i-terijt. Scd̄o fuit dat⁹ i igne. ad inu-endū ꝙ corda eoꝝ q̄s replet ad chari tatē accēdit. Lu. xij. Ignē veni mitte re i trā: ⁊ q̄d volo niſi ꝙ ardeat: Ber. In igne appuit ſpūſſctūs. qꝛ ab omi corde qd̄ replet torporē frigoris excu-tit. ⁊ deſideriū hoīs accēdit ⁊ aſcēdere facit. Uñ certiſſimū ſignū ē ꝙ qui hꝫ charitatē hꝫ ſpūmſanctuꝫ. Itē ignis redigit i cinereꝫ ea q̄ i eo iponūť. Sic ſpūſſcūs q̄s replet humiles facit ⁊ vi les reputatōne ſui. Uñ Abraā dixit ad dñm Geñ. xviij. Loquar ad dñꝫ meū cuꝫ ſim cinis ⁊ puluis. Uñ qui-cūqꝫ vult ſpūmſanctuꝫ accipe dꝫ eſſe hūilis ⁊ nō ſupbꝰ. Nā dr̄. j. Pe. v. et Jac. iiij. Supbis reſiſtit deꝰ: hūilibꝫ aūt dat grāꝫ. Sic eni aq̄ deſerūt mō-tes ⁊ fluūt ad valles. ſic grā ſpūſſan-cti deſerit ſupbos: ⁊ fluit ad corda hūi liū. Uñ Aug. Quanto humiliꝰ ſede-bat Maria magd̄. ad pedes dñi: tā to ampliꝰ flebat. Cōfluit ei aq̄ ad hu militatē de ſupcilio montis. Ecci. iij. Quāto maior es hūilia te i omībꝫ: ⁊ maiorē corā dño inuenies grāꝫ. Exē-plū i maria mr̄e dei. qꝛ hūiliť erat iō an gelꝰ ei dicebat. Spūſſcūs ſupueniet in te ⁊c̄. Uñ Ber. Bñ de hūilitate ma rie audeo dicere. nec ꝟginitas deo pla cuiſſꝫ ſi hūilis ñ fuiſſꝫ: nec filiū dei cō-cepiſſꝫ. Itē ignis ſp tēdit ſurſuꝫ. ſic q̄ hꝫ ſpūmſanctū ſemp tēdit ad celeſtia Oīa eni terrena ſm aplm̄ reputāt vt ſtercora. qꝛ ↄuerſatio eoꝝ in celis ē. li cet corpaliter ſint i terra. Cupiūt eni diſſolui ⁊ eſſe cū xpo. Uñ aplus Ro. vij. Infelix ego hō quis me libabit d̄ corpe hꝰ mortis ⁊c̄. Uñ veꝝ ſignū eſt ꝙ hꝫ ſpūmſanctuꝫ qui nō curat iſta terrena. nec timet exponere vitā ſuaꝫ ppter deū. Tercio apparuit i ſpecie lingue. ad innuēdū ꝙ q̄s ſpūſſcūs re plet affabiles ad pxios reddit ⁊ de di uis loq̄ facit. Glo. Sic oli ſignū erat vt oīm gētiū liguis loq̄reť q̄ ſpūmſan ctū habebāt. ſic nūc ſignū ē ꝙ q̄ ſpūm ſanctū hñt pacē cū pxio loquunť et te nēt ſilꝰ. qꝛ q̄ dei ſunt loquunť ⁊ tractāt. qꝛ ſpūſſctūs venit i linguis vt liguis oīm gētiū ꝟba ignea loquereť. et legē ignea linguis igneis p̄dicarēt. Qui ḡ habuerit linguā detrahentē ⁊ menda cē ⁊ de deo nō loquiť nō hꝫ ſpūmſctm̄. De iſta materia require ſermōe. Sit aūt oīs hō velox ad audiēdū Quar to datus ē ſpūſſanctꝰ in ſpecie flatus Joh. xx. Inſufflauit ⁊ dixit eis. accipi te ſpūmſctm̄. Uoluit p flatū ſignifi-cari ſiue p ſpūm qui attrahiť ad cor: vt oñdereť eiꝰ neceſſitas. ſicut eni cor-pus nō pt̄ viuere ſine vllo ſpū: ſic aīa nō pōt viuere ſine ſpūſancto. ps. Au feres ſpūm eoꝝ ⁊ deficiēt ⁊c̄. Et ſequiť. Emitte ſpūm tuū ⁊ creabūť. Joh. vj. Spūs eſt qui viuificat. Et qꝛ ſic eſt

neceſſari⁹ debem⁹ cũ om̃i diligentia p̃cauere ne ſpũs impediat̃ a corde nr̃o. puer. iiij. Oĩ cuſtodia ſerua cor tuũ: q̃m ab ipſo vita ⁊ mors pcedũt. Frequẽter debem⁹ apire os p cordis deſiderũ. ⁊ orãdo attrahere ſpm̃ ad refrigerãdũ ab ardore vicioꝝ. Vñ ps. Os meũ apui ⁊ attraxi ſpũm. Quito apparuit in ſpecie colũbe ſup ihm̃ baptiſatũ. Lu. iij. ad innuẽdũ ꝙ qui volũt accipe ſpũmſanctuꝫ debẽt eẽ i vita ſua vt colũba. colũba ẽ ſine felle. ſic tales debẽt eſſe ſine felle ire. odij ⁊ inuidie. q̃ dicũt̃ fel ꝑpter amaritudineꝫ. qꝛ ſunt amara vt fel. Et iõ dixit Petr⁹ Simoni mago qui volebat emere ſpm̃ ſanctũ. In felle amaritudĩs video te eſſe ⁊c̃. Act. viij. Ipe eni erat plen⁹ felle inuidie. qꝛ ipſe inuidebat aplĩs ꝙ talia ſig̃ faciebãt p ſpũmſanctũ. ⁊ volebat ab eis emere talẽ ſpũm miracula faciẽtẽ. qꝛ eni habebat fel ĩuidie: iõ nõ recepit ab eis. Sic et nos ſi volumus ſpũmſanctũ accipe debemus cordis amaritudies deponere. Eph. iiij. Oĩs amaritudo ira ⁊ indignatio clamor et blaſphemia tollat̃ a vobis cũ omni malicia. Eſtote aũt inuicẽ benigni ⁊ miſericordes donãtes inuicẽ: ſicut ⁊ deus i xp̃o donauit vobis. et tũc poteritis ſp accipe ſpũmſanctũ. Iteꝫ columba gemitũ p cãtu hꝫ. ſic nos p pctĩs nr̃is gemere debem⁹ Iſa. lix. Rugiem⁹ q̃ſi vrſi oẽs. ⁊ q̃ſi colũbe meditãtes gememus. Iſid. Gemere et flere debem⁹ remiſcẽtes q̃ꝫ grauia ſunt q̃ cõmiſimus: q̃ꝫ delectabilia celi gaudia q̃ amiſimus. q̃ꝫ horribilia ĩferni tormẽta q̃ meruimus. Chriſ. Cogitare debemus q̃nta ſit felicitas ſemp eſſe cũ deo. q̃nta miſeria viuere in hoc ſeculo. quãta calamitas ſemp cruciari in inferno. Inde generat̃ luct⁹ q̃ meret̃ ſpiritusſcti ꝯſolatõeꝫ. Mat. v. Btĩ qui lugẽt q̃m ipi ꝯſolabũt̃. Itẽ colũba ſolet libẽt̃ nidificare i foraminib⁹ petre. Per petrã ſignificãt xp̃s. foramia petre ſunt vulnera xp̃i q̃ i cruce ſuſtinuit in quib⁹ aĩa ſancta habitare dꝫ p iugẽ memoriã paſſionis xp̃i. Vñ dicit ſponſus aĩe Cant. ij. Veni ſp̃oſa mea colũba mea in foramĩb⁹ petre. q̃ſi di. Pone cor tuũ ⁊ cogitatõnes tuas in vulnerib⁹ meis cogitãdo quãta p te ſim ꝑpeſſus. Orig. O aĩa mea ſi quietẽ deſideras. ſi ſecuritatẽ affectas. aſſume pẽnas ſicut colũba. ⁊ volans nidifica in vulnerib⁹ xp̃i. Nuſq̃ꝫ quies gratior. nuſq̃ꝫ ſecuritas tutior. qꝛ ibi diſces q̃ p̃dices ſupbis. qꝛ xp̃s nõ habuit ſup qd̃ vel vbi caput ſuum reclinaret. Quid iracũdis. qꝛ tanq̃ꝫ ouis ad occiſionẽ ductus ẽ. ⁊ ſicut agn⁹ corã tondente ſe obmutuit dñ male tractaret̃ ⁊ nõ apuit os ſuũ. Quid inuidis. qꝛ p crucifixorib⁹ ſuiſ p̃reꝫ exorauit dicẽs. P̃r ignoſce ill'qꝛ neſciũt q̇d faciũt ⁊c̃. Quid accidioſis. qꝛ accelerauit ad mortẽ. Vñ ait ad iudã. Qđ facis fac cit⁹. Quid auaris. qꝛ nudus pẽdebat in cruce Quid guloſis. qꝛ potat⁹ ẽ felle ⁊ aceto. Quia igit̃ oĩa mẽbra dñi affluũt miſcõia. n' deſunt foramia p q̃ fluit ipſa. qꝛ foderũt manus meas ⁊ pedes meos ⁊ latus meũ Ad q̃ mẽbra ⁊ foramina recurſuꝫ habeas eius paſſionẽ meditãdo ⁊ grãm inuenies. Rogemus dñm ⁊c̃.

De eodem.
Sermo. xcvj.

Si quis diligit me ſmonē meū ſuabit: ⁊ pr̄ me⁹ diliget euꝫ: et ad eū veniem⁹ ⁊ mãſiõꝫ apd̄ eū faciem⁹ Joh. xiiij. In ꝟbis iſtꝭ ꝓpoſitꝭ dn̄s duo fac̄. Pri͛o hortaꝛ nos ad ſuã charitatē. Scd̄o põit charitatꝭ vtilitatē. Primū tangitꝛ ibi. Si q̇s diligit me Scd̄m ibi. ⁊ pr̄ me⁹ diliget eū. Nō ꝙ dn̄s ſpāl'r ad q̄ttuoꝛ genera hoīm veit: ſꝫ n̄ manet niſi i vno genere hoīꝫ Nā aliq̇ ſt̄ ad q̄s veit dn̄s ⁊ pulſat vt ĩtromittaꝛ. ⁊ vt ibi maneat. ⁊ illi n̄ audiūt vocē ei⁹ nec rn̄dēt ei. nec ĩtromittūt eū. ⁊ cū ill' n̄ manet dn̄s Aliȷ̇ ſunt q̇ vocē ei⁹ audiūt ⁊ rn̄dēt. n̄ tn̄ ĩtromittūt. nec cū ill' manet dn̄s. Terciȷ̇ ſunt q̇ audiūt vocē dn̄i ⁊ ĩtromittūt: ſꝫ p⁹ paululū reiȷ̇ciunt: nec ibi manet dn̄s Quarti vocē dn̄i audiūt ⁊ ĩtromittūt eū ⁊ bn̄ tractāt. ⁊ volūtatē ei⁹ faciūt. ⁊ cū talib⁹ manet dn̄s Primi q̇ nec vocē ei⁹ audire volūt: nec rn̄dere nec ĩtromittere volūt ſūt pctōres deſꝑati: q̇ ita ĩdurati ſt̄ ꝙ ꝑ nullū modū ꝯuerti pn̄t ad deū de pctīſ. ad q̇ꝝ hoſpitiū venit dn̄s et pulſat mlt̄ꝭ modis. Aliqn̄ ꝑ p̄dicatores. aliqn̄ ꝑ tribulatões. aliqn̄ ꝑ infirmitates. ⁊ ꝑ pauꝑtates. aliqn̄ ꝑ ĩſpiratões ⁊ r̄moꝛſuꝫ ꝯſcie. Per p̄dicatores pulſat dn̄s qn̄ p̄dicatoꝛ nūciat eis penã et̄ne dānatõis ſi n̄ fuerint ꝯūſi. ꝓmittit eis gaudia et̄na diuie viſiõis. ꝓponit eis incertitudineꝫ ſue moꝛtꝭ. Ipſi aūt ſunt ita ĩdurati ꝙ n̄ timēt pe͂as et̄nas: nec curãt ꝓmiſſa et̄ne vite. nec ꝑpēdūt de moꝛtꝭ ĩcertitudine. De iſtꝭ dr̄ Job. xlj. Indurabitꝛ coꝛ ei⁹ ſic lapis: ⁊ ſtrigetꝛ q̇ı malleatorꝭ inc⁹. Cõpat aūt eos lapidi. ⁊ ꝟe lapidi ſunt ſiles. qꝛ q̇cq̇d ſemiaꝛ ſuꝑ lapidē n̄ fac̄ fructū ſic et̄ ꝟbū dı̇ qd̄ p̄dicaꝛ ipſı n̄ facit fructū i coꝛdib⁹ eoꝝ. vn̄ luce. viij. Semē eſt ꝟbū dei. qd̄ aūt cecidit ſuꝑ petrã natū aruit qꝛ n̄ habebat hūoꝛē. Itē lapis ḡuis eſt ⁊ ſp̄ tēdit deoꝛſuꝫ ⁊ n̄ ſurſuꝫ. ſic pctōꝛ nō tēdit ſurſuꝫ ad celeſtia ſꝫ ſp̄ ad ĩfima donec ad vltimū dimergaꝛ i infernū. Vn̄ dicitꝛ Exo. xv. Deſcēdert̄ i ꝓfūdū q̄ſi lapis Cõpanꝛ etiã ĩcudi. qꝛ inc⁹ q̄nto magꝭ cuditꝛ ⁊ ꝑcutitꝛ tãto magꝭ ĩduraꝛ. ſic tales q̄ꝫto magꝭ arguūtꝛ ꝑ p̄dicatores tãto deriores fiūt. Iſti ſiles ſt̄ Pharaoni. que q̄ꝫto magꝭ dn̄s flagellauit tãto magꝭ ĩdurabaꝛ. Vn̄ dn̄s ipꝫ tãdē i mari rubro ſb̄merſit cū oib⁹ ſuis. ſic tales ĩdurati tãdē mergenꝛ i ꝓfūdū iferni Scd̄o veit dn̄s ad q̇ſdã ⁊ pulſat. Illi audiūt vocē ei⁹ ⁊ rn̄dēt. nec tn̄ intromittūt. Hi ſt̄ q̇ pctōres ſe recog̊ſcūt nec pctã deſerere volūt. volūtateꝫ ꝯūtēdi cupiūt ſꝫ illã ad effectū nō ꝑducūt: ſꝫ ſp̄ d̊ die ĩ diē. de anno i annū ꝓtrahūt. eccl'ias freq̄ntãt. elÿnas dãt orãt ⁊ ieiunãt. vſurã ⁊ ĩiuſta bõa ammodo recipe nolūt. ſꝫ q̇ hn̄t reſtituere n̄ volūt. Iſti volūt duob⁹ dn̄is ſuire ſcꝫ deo ⁊ diabolo. cū tn̄ dn̄s dic̄ Mat. vj. Nēo p̄t duob⁹ dn̄is ſuire. Iſti ſt̄ ſiles ſamaritanis q̇ adoꝛabãt deū iſrl' ⁊ cū h̊ etiã coluert̄ deos ſuos. Sic iſti volūt ſuire deo ⁊ mãmone. i. bõis iniuſtis q̇ teuēt ⁊ reddere nolūt. cū tn̄ dn̄s dicat. Nō poteſtꝭ deo ſuire ⁊ mãmõe Mat. vj. Hi ſunt q̇ vocē dei audiūt: nec tn̄ ĩtromittūt. qꝛ pctōres ſe recog̊ſcūt ⁊ ꝓpoſitū hn̄t ſe ꝯūtēdi: ſꝫ nō ad effectū ꝑducūt. et cū talib⁹ nō manet

dn̄s. Tercio venit dn̄s ad q̄ſdã ⁊
pulſat. illi vocē eiꝰ audiūt. rn̄dēt ⁊ in
tromittunt. ⁊ nō lōge pꝰ male tractāt
eū ⁊ vilit̄ eijciūt. Hi ſunt q̄ ī q̄drage/
ſima pctã ſua ꝯfitēt̄ vel ī infirmitate:
⁊ corpus xp̄i accipiūt. ⁊ ſtatim pꝰ pa/
ſca vl̄ q̄n̄ de īfirmitate ꝯualuerūt iterꝫ
peccāt: ⁊ dn̄m de domo ſua eijciūt. Iſti
ſunt ſil̄es iudeis q̄ dn̄m cuꝫ mag̃ ho/
nore tãq̄ꝫ regē ſuſceperūt. ⁊ poſtea ī pa
ſceue cū magna ignominia tãq̄ꝫ latro
nē ⁊ furē eiecerūt ⁊ occiderūt. Sic faci/
unt illi q̄ recidiuãt. et dn̄m crucifigūt
ſic dicit apl̄s Heb. vj. Rurſuꝫ cruci/
figētes filiū dei. q2 q̄tiēſ pctōr pctm̄ re
iterat vel recidiuat ꝓ q̄ xp̄us paſſus ē
totiēs paſſiōꝫ ſuã ꝗtū ī ſe eſt renouat
Tales q̄ intēdunt dn̄m reijcere meliꝰ
facerēt vt nō recipent eū. q2 turpiꝰ eij/
cit̄ q̄ꝫ nō ſuſcipit̄ hoſpes. Quarto ve
nit dn̄s ad q̄ſdã ⁊ pulſat. Illi audiūt
vocē eiꝰ ⁊ intromittunt. ⁊ totis viribꝫ
ſtudēt quō domū ſuã p̄parēt: vt dn̄s
nihil ī ea inueniat qđ ocul̄ ſuis diſpli
cere poſſit. ⁊ cū talibꝫ manet dn̄s. Hi
ſunt q̄ ex toto corde deū diligunt: ⁊ eiꝰ
mãdata cuſtodiūt. Iſti figurati ſunt
ꝑ Lazaꝝ ⁊ ſorores eiꝰ ad q̄s ſepe venit
dn̄s ⁊ cū eis libēter manebat. q2 eū di
ligebãt: ⁊ mãdata eius cuſtodiebãt.
Per lazaꝝ intelligit̄ q̄libet fidel̄: qui
hꝫ duas ſorores. ſ. corpꝰ et aĩaꝫ. Per
mariã ſignificat̄ aĩa. ꝑ marthã ſignifi
cat̄ corpꝰ. Marie officiū fuit ꝯtēpla/
ri. q2 ſedebat secꝰ pedes dn̄i audiēs ỽ
ba dn̄i. ⁊ tractans illa ī corde ſuo ꝯtē
plãdo celeſtia. Martha aūt rexit fa/
miliã ⁊ miſtrabat nccãria mēſe. ciba/
ria p̄pabat ⁊ hoſpites recipiebat: ⁊ cir
ca hmōi exteriora officia ſollicita erat

Quicūq̄ꝫ ḡ vult dn̄m ſuſtinere in ho
ſpitio cordis ſui dꝫ ſtudere ꝙ iſte due
ſorores. ſ. corpus ⁊ aĩa exerceãt hmōi
officia. Maria. i. aĩa dꝫ vacare ꝯtem
platōi. celeſtia eṫna ⁊ diuina cogitare
ſacrã ſcp̄turã legere. ỽbū dei audire. de
um ſuꝑ oĩa diligere ⁊ ꝓximū ſuū ſic ſe
ip̄m. mãdata dei ſuare. ſenſꝰ ſuos ⁊ vi
res aĩe cuſtodire. Dꝫ eni cuſtodire de/
ſideriū aĩe ſue ne deſideret q̄ mala ſit̄
Dꝫ cuſtodire mēoriã ne cogitꝫ q̄ ꝯ de
um ſunt. Dꝫ cuſtodire amorē ſuū ne
amet q̄ illicita ſunt. Dꝫ cōdolere ꝓxi/
mis ī adūſis ⁊ ꝯgaudeř ī ꝓſꝑis ⁊ ſilĩa
Martha autē. i. corpꝰ dꝫ exterioribꝫ
oꝑibꝫ occupari. vigilare. ieiunare. car
nē ſuã diſciplinare. eccl̄ias freq̄ntare.
genuflexiōes facere. deuote orare. pro
pctis flere. oꝑa miſcđie ī ꝓximis exer
cere. eſurientes cibare. ſitiētes potare
nudos veſtire. hoſpites recipe. infir/
mos viſitare. captiuos redimere ⁊ cō
ſolari. mortuos ſepelire ⁊ ſilĩa. ſ. indo/
ctos docere. errãtes dirigere. delinquē
tes corripe. meſtos ꝯſolari. īdigētibꝫ
ꝯſilio ꝯſiliū dare. egētibꝫ gr̃ã dare. cū
talibꝫ libēter mãet dn̄s. De talibꝫ di/
cit dn̄s Iohã. xiiij. Si q̄s diligit me
ſermonē meuꝫ ſuabit ⁊c̄. Iſta q̄ttuor
genera hoĩꝫ figurata ſunt. iij. Re. xix.
vbi dr̄ ꝙ cū Helyas ꝓpheta eēt ī mō
te oreb ⁊ ī ſpelūca lateret: venit ad euꝫ
vox di. Egredere ⁊ tranſibit coram te
dn̄s. Qui ſurgēs ſtetit ī oſtio ſpelūce.
⁊ p̄miſit dn̄s q̄ttuor mirabilia ſig̃ ꝓ/
us ãn̄q̄ꝫ ipſe veniret. Přio vēit vētꝰ
grãdis ⁊ fortis ſubuertēs mōtes ⁊ cō
terēs petras. ſed nō venit cū illo dn̄s.
Scđo venit ꝯmotio ťre. i. magnꝰ ťre
motꝰ factus ē ⁊ horribil̄. ſed nō venit

cũ illo dñs. Tercio venit ignis ma/
gn⁹. ꝛ nõ venit cũ illo dñs. Quarto
venit ſibil⁹ aure tenuis. ꝛ cũ illo venit
dñs. Per illa q̃ttuoꝛ ſig̃ ſignificãꝛ q̃t
tuoꝛ genera hoim ſuperi⁹ poſita. Per
ventũ grãdẽ q̃ ſbuertit mõtes ꝛ ɔterẽs
petras ſignificaꝛ deſpatio: q̃ ſubuertit
hoies ꝛ repellit ab eo oẽm grãz. ꝛ exic/
cat fontẽ pietatꝫ diuine. qꝛ vbi deſpa/
tio ẽ i corde: ibi fons diuine grẽ ꝛ mi/
ſcdie nõ põt iſluere. Et ꝑ nullũ pctm̃
offendiꝛ ita de⁹ ſicut ꝑ deſpatõz. qḋ eſt
pctm̃ i ſpm̃ ſanctuz. qḋ nec remittiꝛ h̃
nec i futo. ſic dꝛ Mat. xij. et cũ talibꝫ
nõ manet dñs. Per ɔmotiõz terre ſi
gnificanꝛ illi q̃ ɔcipiũt bonũ ꝓpoſituz
ſꝫ nõ ꝓducũt ad effectuz. Terra licet
moueaꝛ aliq̃liꝛ: nõ t̃n cadit totaliter.
Sic iſti moueꝛ ad bonũ faciẽdũ. i. cõ
cipiunt voluntatẽ ſe velle emẽdare. ſꝫ
iſtã volũtatẽ nõ ꝓducũt ad effectũ. ꝛ
cũ talibꝫ nõ manet dñs. Per ignẽ ſi/
gnificaꝛ iflãmãs delectatõ quã ɔcipit
hõ qñ recolit pctã p̃terita ɔplacentia
ex h̃ accẽdiꝛ ignis male ɔcupiſcẽtie: q̃
facit eũ recidiuare poſtq̃z ɔuerſus eſt.
ꝛ eijcit dñm de hoſpitio. ꝛ cũ talibus
nõ manet dñs. Ad vltimũ venit ſibi
lus aure tenuis. ꝛ cũ illo dñs venit. ꝑ
quẽ ſignificaꝛ deuotũ deſideriũ aĩe dili
gẽtis deũ. q̃ diligit deũ ex totis viribꝫ
ſuis: ꝛ deſiderat eũ. in tali deſideranti
et diligenti aĩa manet dñs. Prouer.
viij. Ego diligentes me diligo. et qui
mane vigilauerit ad me inueniet me.
De talibꝫ dicit dñs in verbo ꝓpoſito
Si quis diligit me ſermonẽ meũ ſer/
uabit. Rogemus dñm ꝛc.

De eodem.
Sermo. xcvij.

o Quã bonuſ ꝛ ſuauis ẽ dñe ſpũs tu⁹ i nob
Sap. xij. Nõ duplex ẽ ſpũs
ſcꝫ bon⁹ ꝛ mal⁹. Spũs bon⁹ ẽ de⁹. ma/
lus ẽ diabol⁹. Spũs mal⁹ ipugñt ho/
minẽ ꝑ. vij. pctã moꝛtalia. ɔ̃ illa ɔfert
bonus ſpũs. vij. dona ɔ̃ qḋlibet pctm̃
ſpãle donũ ad repugñdũ. Primũ pec
catũ moꝛtale eſt ſupbia. Aug. Sup
bia ẽ amoꝛ ꝓp̃e excellẽtie. Ul' ſic. Su
pbia ẽ q̃dã p̃ſumptio cũ q̃ p̃ſumit vel
audet hõ abſq̃z timoꝛe dei facere ea q̃
ſcit eẽ ɔ̃ deũ creatoꝛẽ ſuuz. vicꝫ peccare.
et iõ dꝛ ſupbia initiũ oĩs pcti. Iſido.
Supbia ẽ oꝛigo oĩm criminũ. qꝛ oẽ
crimẽ vel pctm̃ oꝛiꝛ ꝛ initiũ hꝫ ex h̃ ꝙ
hõ p̃ſumit ꝛ audet facere q̃ ſunt ɔ̃ deũ
Iſtud ẽ peccatũ diaboli. ꝓpꝛ qḋ eiect⁹
fuit de celo. eo ꝙ p̃ſumpſit ſe oppone/
re deo ſuo. ꝛ qꝛ ipſe in illo cecidit. ḡ ipe
i illo magis hoies tẽptat. Sꝫ qñ hõ
p̃ſumit ꝛ audet facere ea q̃ ſunt ɔ̃ deũ.
tũc ꝓn⁹ ẽ ad oẽ malũ faciẽdũ. Contra
h̃ malũ. ſ. ſupbiã dat ſpũs bon⁹ donũ
ſuũ videlicꝫ timoꝛẽ. Hui⁹ doni ꝟtus
ẽ ꝙ facit hoiem ita timoꝛatũ ꝛ tantuz
timere deũ ꝙ ꝑ toto mõo et ꝑ tota vi/
ta ſua nõ vellet aliq̃d facere qḋ ſciret
eẽ ɔ̃ deũ. ꝛ oĩa opa ſua facit cũ timoꝛe.
ꝛ oĩa ꝟba ſua loq̃ꝛ cũ timoꝛe. Iob. ix.
Uerebar oĩa opa mea ꝛc. Si ergo ha
bes illã gratiaz ꝙ oĩa ꝟba tua ꝓferas
cũ timoꝛe. ſemꝑ timẽs ꝙ deo poſſit di
ſplicere ꝛ ꝓximo tuo nocere: ſignũ ẽ ꝙ
habes ꝑmũ donũ ſpũſſancti. ſ. timoꝛẽ
Itẽ ſi facis oĩa opa tua q̃ntũcũq̃z bõa
ſunt ſp cũ timoꝛe timẽs ꝙ deo nõ ſiꝛ ac
cepta. ꝙ ñ ſint adeo ꝑfecta ſic deberẽt.

nec cũ tanta diligẽtia facta ſic expedi/ret. nec cũ tanta charitate facta ſic de⁹ bñ ẽ dign⁹. ſignũ ẽ h⁹ doni .ſ. tior. Itẽ ſi tantũ timeſ offendere deũ tuũ ꝙ nolles oẽs diuitias accipe: ſꝫ poti⁹ velles oẽꝫ penã ſuſtiere ꝙ̃ ꝯ deũ tuũ ex ꝓpoſito ⁊ induſtria peccare certũ ẽ ꝙ hẽs h̾ donũ ſpũſſcti .ſ. timorẽ. Iſtd̾ donũ ẽ hoimanie neceſſariũ. q2 dr Eccĩ. j. Qui ſine tiore dei ẽ ꝓn⁹ ẽ ad omẽ malũ faciẽdũ. Itẽ Initiũ ſapiẽtie tior dñi. Itẽ Timor dñi expellit pctm̃. Itẽ. Qui ſine tiore eſt ñ poſit iuſtificari .i. ſalu⁹ fieri

Scd̾m pctm̃ mortale eſt inuidia. Aug. Inuidia ẽ dolor aliene felicita/tis. Mlta mala facit hoi iuidia. Indurat cor ꝙ nõ p̄t ꝯpati afflictõib⁊ ꝓxioꝝ. Claudit oculos ꝙ nõ p̄t videre felicitatẽ alioꝝ. Obturat aures ꝙ nõ põt audire lo q̃ de alio bonũ. Claudit manũ ꝙ nõ p̄t dare idigẽtib⁊ elẏmam Reſtrigit pedes ꝙ nõ p̄t ire ad ꝓxioꝝ vtilitatẽ. Claudit os ꝙ nõ p̄t loqui d̾ alio bonũ. Hec oĩa facit iuidia. Contra h̾ pctm̃ daꝛ ſcd̾m donũ ſpũſſcti .ſ. pietas. Pietas ſm Gre. idẽ ẽ qd̾ miſcd̾ia Virt⁹ hui⁹ doni ẽ ꝙ fac hoieꝫ miſericordẽ ⁊ ꝯpaſſiuũ i necẽitatib⁊ ꝓxiorũ. Vñ miſcd̾ia ẽ triſticia i alieis mal̾ Aug. Quid ẽ miſcd̾ia niſi aliene mi/ſerie i corde q̃dã ꝯpaſſio. Si g̃ habes talẽ gr̃aꝫ ꝙ qñ vides ꝓximũ tuũ afflictũ vl̾ tribulatũ ꝙ cor tuũ eſt patũ ad gemẽdũ ⁊ ꝯpatiẽdũ. ocli pati ſunt ad flẽdũ. man⁹ ad largiẽdũ. os tuũ patũ ad ꝯſulẽdũ ⁊ ꝯſiliũ dãdũ vl̾ docendũ pedes pati ad viſitandũ. aures pate ad audiẽdũ vocẽ ei⁹. oculi apti ad videndũ dolorẽ ei⁹. brachia tua pata ad ſbleuandũ vl̾ portãdũ ifirmũ. certũ ẽ ꝙ habes ſcd̾m donũ ſpũſſcti .ſ. pietatẽ q2 iſta oĩa null⁹ põt hr̃e ſine ſpãli gr̃a ſpũſſcti. Si aũt qñ vides ꝓximũ tuum tribulatuꝫ: cor tuũ ẽ adeo duꝝ ꝙ nõ p̄t ꝯgemere ⁊ ꝯpati ⁊ ocli ñ pñt flere. ⁊ ſic de ſingul̾. ⁊ ligua tua neſcit ꝓximũ tuũ p⁹ tergũ ſuũ excuſare: ſꝫ poti⁹ qd̾ audiſti alijs reuelare: ⁊ aliqñ non minuere ſꝫ mag̾ augmẽtare. ſi olfact⁹ tu⁹ ñ p̄t paupeꝫ ſuſtiere: ſꝫ aũtis te abeo q̃ſi videaꝛ tibi fetere. oculi tui non pñt plagas ei⁹ videre. ⁊ nõ pñt man⁹ ifirmũ tãgere. ⁊ brachia nõ pñt eũ eleuare vel portare: ſic legiꝛ de btã Eliza/beth. ſi oĩa iſta nõ potes facere ſignũ ẽ ꝙ nõ hẽs ſcd̾m donũ ſpũſſci .ſ. pietatẽ Et ſi ſine h̾ dono .ſ. miſcd̾ia mortu⁹ fueris neq̃q̃ ſalu⁹ eris. q2 miſericordib⁊ dicet. Venite bñdicti p̃ris mei ⁊c̃. Terciũ mortale pctm̃ ẽ ira. Ira oculũ mẽtis excecat. ira ẽ deſideriũ vidicte Mlta mala fac ira hoi. excecat oculũ mẽ/tis. aufert hoi ſenſus ⁊ rõeꝫ. fac eũ iſanũ ſic dicit Aug. Linguã ꝓuocat ad ꝯtẽdẽdũ. ad maledicẽduꝫ os exaſpat ad iproperandũ ⁊ ſblimandũ. man⁹ ꝓuocat ad ꝑcutiẽdũ ⁊ iactãdũ. nec p̃ri nec m̃ri ꝑcit. nec deo ſuo nec ꝓꝑe ſalu/ti ⁊ honori. Aug⁹. Hõ iracũd⁹ ad oẽ malũ ẽ ꝓn⁹ ⁊ inclinat⁹. Hec oĩa mala facit iracũdia. Cõtra hui⁹ pcti malũ daꝛ terciũ donũ ſpũſſcti .ſ. ſcia. Virt⁹ hui⁹ doni ẽ ꝙ doceꝫ hoieꝫ recte ꝯuerſari i medio natõis ꝑue ⁊ ꝑuerſe. Aug. Scia ẽ diuinaꝝ ⁊ hũanaꝝ reꝝ agnitõ Ex his colligiꝛ ꝙ donũ ſcie ſtat in h̾ ꝙ hõ ſciat i h̾ ſclo q̃liꝛ cũ hoib⁊ debeat cõuerſari ꝙ vita ſua deo placeat. ⁊ tñ cũ h̾ hoib⁊ irreꝑhẽſibilẽ exhibere vitam ita ꝙ oẽs q̃ vidẽt eũ ꝉ audiũt de ei⁹ ꝯũ

cte ſequēti ē reuelatũ abbati ꝙ chriſtꝰ
fuerat qui in ſpecie paupis apparuit.

Scđm ē potare ſitientē. Matth.
x. Qui dederit vni ex minimis meis ca
licē aque frigide tm̄ in noīe diſcipuli
amē dico vobis nõ ꝑdet mercedē ſu
am. Multo magis ſi dederit vinũ vl'
aliũ potũ meliorē. Quãtũ illud miſe
ricordie opus placet deo patz ꝑ exem
plũ. Quidã eps valde ſitiēs vinũ ſi
bi afferri p̄cepit. Cũq; pincerna totũ
qđ erat in lagena effudiſſet: ecce pau
per quidã importunis p̄cibꝰ ⁊ clamo
ribꝰ illud ſibi dari popoſcit dicēs niſi
ſtatim biberet expiraret. Miſertus ei
eps dedit ei vinũ. Cũq; eps iterũ bibe
re vellet: p̄cepit pincerne vt reſpiceret
ſi aliq̄d in vaſe remãſiſſet. Cũq; reſpi
ceret inuenit lagenã plenã. et querēs
paupem mĩme inuenit. ⁊ credit̃ in ſpe
cie paupis xp̄m extitiſſe. Terciũ eſt
veſtire nudos. Iſa. lviij. Cũ videris
nudũ opi eũ: ⁊ carnē tuã ne deſpexeris
Ezech. xviij. Si hõ nudũ veſtimen
to cooperuerit vita viuet. ſ. vita eter
na. Iſtud aũt dñs ſibi reputat fieri.
Mat. xxv. Nudꝰ fui ⁊ coopuiſtiſ me.
Exemplũ i btõ Martino: qui dedit
paupi dimidiã veſtē ſuam cũ adhuc
eēt cathecuminꝰ. ⁊ nocte ſequēti vidit
xp̄m indutũ illa pte veſtis ⁊ ad ange
los dicentē Martinꝰ adhuc cathecu
minꝰ hac me veſte ꝯtexit. Quartũ



105

ē recipe paupes hoſpites. De q̄ apl'ſ dicit Ro. xij. Hoſpitalitatē ſectātes. Hoc ec̄ reputat ſibi dn̄s fieri. Mat. xxv. Hoſpes erā ꝛ collegiſtꝭ me. Et cū mitteret diſcipulos ad p̄dicādū dixit Mat. x. Qui vos recipit me recipit. q̄ vos nō recipit nec audierit ſmões vr̄os ꝛc. Amē dico vob̄ ꝙ tolerabiliꝰ erit terre ſodomoꝝ ꝛ gomorreoꝝ ĩ die iudicij q̄z illi ciuitati. Quantū iſtud opꝰ miſc̄ꝺie placet deo p̄z ĩ multis ex empl'. Quedā dn̄a .ſ. btā Elyzabeth plena pietate recepit hoſpitē quēdā leproſuz. ꝛ poſt cenā poſuit eū ĩ lectuz ſuū viro abſente. Uir aūt rediēs ſtatim ĩtrauit camerā: ꝛ ſuauiſſimū ſentiēs odorē q̄ſiuit q̄d nā eēt qd̄ ſic redoleret ĩ lecto. tacēte illa iratꝰ ē vir. ꝛ tandē ꝯpulſa dixit ꝛ ꝯfeſſa fuit. ꝛ accedētes ad lectū inuenerūt imaginē crucifixi. ipm̄ aūt nō inuenerūt. Itē q̄dā hō multū hoſpital' cū q̄dā die mltos pegrinos recepiſſet. et p̄ſonalr̄ aquā eis ſup manꝰ ex deuotōe funderet: vidit vnū inter eos habētē manꝰ pforatas ꝛ ſanguineas ad modū crucifixi. ꝛ ecce defecit ſibi aq̄. ꝛ cū iuiſſet p aq̄ ꝛ reuerſus fuiſſet nō inuētus ē ille. ſup quo dū multū miraret̄ nocte apparuit ei dn̄s dicēs. Alijs diebꝫ ĩ mēbris meis recepiſti me. hodie aūt meipm̄ in hoſpitio tuo recepiſti. Quintū ē viſitare infirmos. Eccī. vij. Nō pigeat q̄ſq̄ infirmos viſitare. Ex hoc em̄ in dilectōe dei firmabit̄ hō. Iac. j. Religio mūda ꝛ imaculata apud deuz et patrē hec ē. viſitare infirmos. pupillos ꝛ viduas ĩ tribulatōibꝫ ſuis. Legit̄ in vitaſpatꝝ. ꝙ quidā interrogauit quēdā ſctm̄ ſenē dicēs. Duo ſunt

fratres quoꝝ vnꝰ ieiunat ſex diebꝫ ĩ ſeptimana ꝛ laborat multū. aliꝰ egrotātibꝫ libēter ſeruit. cuiꝰ opꝰ ē deo magꝭ acceptuz? Rn̄dit ſenex. ſi frater ille q̄ ſex diebꝫ ieiunat laborās ſuſpēderet ſe per nares: nō eq̄ri poſſit illi q̄ infirmis libēter ſeruit Hoc opꝰ etiā reputat dn̄s ſibi fieri. Mat. xxv. Infirmꝰ erā ꝛ viſitaſtꝭ me. Quātū deo placet p̄z. Exemplū legit̄ ĩ vitaſpatꝝ de ſctō martino: q̄ libēter ꝯſueuit ĩfirmos viſitare ꝛ tractare. ꝙ q̄dā die dū iret de heremo ad clauſtꝝ. xp̄s ei ĩ ſpecie leproſi ꝛ mltū infirmi iacēt ĩ terra appuit. rogās vt eū ppter deuz ad clauſtꝝ portaret. quē martinꝰ libēter portauit. Cū autē clauſtro appropiaret: monachi ĩ ſpiritu hoc vidētes clamare ceperūt. Occurrite martino q̄ xp̄m portat. Interī ipſe diſparēs ait. Quia me nō erubuiſti cū vilis apparerē: nō erubeſcā te corā p̄re meo in celis. Sextū ē viſitare ꝛ liberare captiuos. ad Heb. xiij. Memētote inq̄t vinctoꝝ. q. di. neceſſaria eis miſtrate. Et nō ſolū debēt eis neceſſaria miſtrari ſed etiā debēt liberari. Eccī. iiij. Libera eū q̄ iniuriā patit̄ a ſupbo. Exēplū de ſctō Nicolao: qui tres iuuenes innocenter adiudicatoſ morti liberauit Illō aūt reputat dn̄s ſibi fieri Mat. xxv. In carcere erā ꝛ veniſtis ad me. Uenite ḡ bn̄dicti patris mei ꝛc. Iſta ſex opera miſc̄ꝺie ponunt̄ ĩ nouo teſtamēto ĩ euangelio vt ſup̄. Septimū ē ſepelire mortuos. q̄d ponit̄ in veteri teſtamēto Thob. j. De quo d̄ ꝛ Eccī. vij. Mortuo ne p̄hibeas grām. Glo. Ad elemoſynam pauperū ptinet ſepulta mortuoꝝ. De iſto ope ꝯmēdabat̄ Thobias: q̄ libē

ter mortuos ſepeliuit. Exēplū. Qua/
dā die dū Thobias ſederet i prādio
nūciatū eſt ei ꝙ quidā occiſus iaceret
in platea. ſtatim ſurrexit ⁊ attulit cor/
pus ⁊ poſuit in domū ſuā: et ſepeliuit
nocte ꝗuis rex ꝓhibuiſſet. Hoc opꝰ
nobis ꝯmēdat exemplo brutoꝝ ani/
maliū. Legit in naturis aīaliū de del
phinis: ꝙ eo mortuo tractant alij del/
phini ne piſces comedant mortuū. ⁊
deferūt i pfundū ⁊ ſepeliūt. Hoc opuſ
multū hūiliat hoiem ⁊ trahit eū a pec
cato. Vñ Eccs. vij. Melius ē ire ad
domū luctus q̄ꝫ ad domū ꝯuiuij. In
illa em̄ finis cūctoꝝ ammonet hoim:
⁊ viuēs homo cogitat quid futuꝝ ſit
Vñ legit de quodā heremita: q̄ capi
ta mortuoꝝ ⁊ oſſa in cella ſua poſuit:
vt ſemꝑ mortē cogitaret. Sic patꝫ de
ſeptē opibꝫ miſcdie ſignificatꝫ p ſeptē
panes q̄s optet nos hr̄e ſi nolumꝰ de/
ficere in via q̄ ducit ad patriam. Ad
quā nos pducere dignet ihs xps. Sꝫ
ſic exhibuiſtis mēbra vr̄a ſeruire imū
dicie ⁊ iniq̄tati ad iniquitatē. ita nūc
exhibete mēbra veſtra ſeruire iuſticie
in ſanctificationē. id ē ſicut volūtarie
feruēter ⁊ vniuerſaliter oībꝫ mēbris
ſeruiſtis peccato. ita nūc volūtarie. fer
uenter et vniuerſaliter exhibete ſuitio
dei. Rogemus ⁊c.

Dñica octaua. Sermo. cxxij.

ſ I ſcdm car
ne vixeritis moriemi Rom.
viij. In vbis iſtis hortatur
nos aplūs fugere carnis deſideria vt
nō moriamur morte eterna. Sci/
endū aūt ꝙ quadruplex ē mors. ſ. na
ture. culpe. grē ⁊ gehēne. Morte nate
morit hō qñ aīa ſepat a corpe. Hac
morte optet nos oēs mori, nō eſt em̄
hō i mūdo q̄ hanc mortē poſſit euita
re. ſed beati ſunt illi q̄ ſic viuūt ꝙ i do/
mino moriunt Apocal. xiiij. Quicū/
qꝫ i dño viuit p charitatē ille etiā mo
rit in dño. Nullū eni mēbꝝ pōt mori
i corpe niſi qḋ ꝑus vixerit i eo. ſic nul
lus pt mori i dño niſi viuat i dño ⁊ ſit
mēbrū xpi. Multi tamē ſunt qui bñ
volunt mori in dño. Quia ſm Ariſ.
j. ethi. Oīs homo naturalit bonū ap
petit. ſed nolūt p eo laborare. i. nolunt
viuere in dño. ſed volūt viuere in dia
bolo: ſicut pctōres qui peccatū nolūt
relinq̄re. Sic fecit Balaā qui vitam
peſſimā habuit. ⁊ tñ deſiderabat mo/
ri morte iuſtoꝝ Nume. xxiij. qñ dixit
Moriat aīa mea morte iuſtoꝝ. O
q̄ꝫ diſſilis ē mors iuſtoꝝ ⁊ maloꝝ. ſ. il
loꝝ q̄ in dño moriunt. ⁊ eoꝝ q̄ in dia
bolo moriunt. ſic ptꝫ Lu. xvj. Factū ē
vt moreret mēdicus ⁊ duceret in ſinū
Abrae ab angel. mortuꝰ ē ⁊ diues ⁊ ſe
pultꝰ ē i infernū. De vtraq; morte di/
cit Ber. Bona ē mors iuſti ꝑpter req̄
em. melior ꝑpter iocunditatē. et opti
ma ꝑpter ſecuritatē. Ecōtra morſ pec
catoꝝ peſſima. Mala ſiq̄dē ē in amiſ
ſione mūdi. peior i ſepatōe carnis. ſed
peſſima i etni ignis ꝯcrematiōe. Iſtā
mortē nature debemꝰ timere ꝑpt incer
titudinē. qr dicit Ber. Nil certiꝰ mor
te: nihil incertiꝰ hora mortꝫ. Jō mōet
nos dñs Mat. xxiiij. Vigilate qr ne
ſcitis qua hora dñs veſter venturꝰ ſit
Illud aūt ſcitote qm̄ ſi ſciret pr̄famili
as qua hora fur veniret vigilaret vti
q̄ꝫ ⁊ nō ſineret pfodi domū ſuā. Sla.

gregorij. Ultimã ſniam. i. horã igno rari dñs voluit vt ſit ſp ſuſpecta. et vt ſic ſp ad eã nos pparemus / Et iõ bñ ꝯpaꝶfuri q venit qñ nõ ſperatur. ſic ⁊ mors venit qñ nõ putaꝶ. Ideo dicit Seneca. Mors tibi inſidiaꝶ i omni loco ⁊ i omi tpe. tu quoqꝫ ſi ſapiẽs es vbiqꝫ eã expectabis. Exemplũ i quodã rege q̃ nunq̃ꝫ ridere ꝯſueuit. Req̃re infra in ſermone. Ut q̃d cogitatis.

Scd̃a mors dr̃ mors culpe. hec eſt quãdo aliq̃s moriꝶ i anima p peccatũ mortale. Uñ Ezech. xviij. Aĩa que peccauerit ipſa morieꝶ. De iſta morte dicit Aug. Sicut vita corpis ẽ aĩa ita vita anime ẽ deus. qm̃ ſi anima deſerit corpus: corp⁹ moriꝶ. ſic aĩa moritur ſi deſerit eã deus. / q̃d fit p peccatum mortale. Q, deus deſerit aĩam: patet Iſa. lix. Peccata veſtra diuiſerũt inter vos ⁊ deũ veſtꝝ. Iſta mors ſignificaꝶ per tres mortuos quos legimus a dño ſuſcitatos. ſ. puellã mortuã quã in domo ſuſcitauit Matt. ix. Et adoleſcentẽ extra portã Luce. vij. ⁊ Lazarũ in ſepulcro Joh. xj. Pctm̃ mortale aliquãdo eſt in volũtate. ⁊ tũc mortu⁹ eſt hõ in domo, qꝛ adhuc latet peccatũ interius, quãdoqꝫ eſt in opere. et tunc hõ mortuus eſt extra portã / Et quãdoqꝫ ẽ in ꝯſuetudine. ⁊ tunc mortuus ẽ hõ in ſepulcro. Primũ eſt graue. ſcd̃m grauius. terciũ ẽ grauiſſimũ / Q, ğuiſſima ſit iſta tercia mors qñ hõ duxerit in ꝯſuetudinẽ peccare: ptꝫ in hoc qꝫ dñs primos duos. ſ. puellã et adoleſcentẽ faciliter. ſ. ſimplici verbo ſuſcitauit. ſed terciũ. ſ. Lazarũ ſepultũ cum fletu ⁊ clamore ſuſcitauit. Joh. xj. Infremuit ſpũ ⁊ turbauit ſe ipſum: et lacrimatus eſt. et voce magna clamauit. Lazare veni foras. In hoc oſtẽdit quid faciendũ ſit eis qui in ſepulcro male ꝯſuetudinis lapide obduratiõis ſunt preſſi. Fremitu em̃ ꝯtritionis. lacrimis ꝯpũctionis. clamore orõnis ⁊ ꝯfeſſionis ſunt ſuſcitãdi. / Et bñ mortui dicunꝶ tales qui in peccato mortali ſunt. qꝛ opera viua facere nõ pñt. Quãdo eñ mortale peccatũ homo cõmittit: mortificat omnia bona opera que antea fecerat. ⁊ in ſup omnia que in mortali facit mortua ſunt. Eccli. xxj. Quaſi romphea bis acuta homĩs iniquitas. Et dicitur bis acuta. quia vtraqꝫ bona mortificat. ſ. pterita. pſentia ⁊ futura. Uerũtamẽ p confeſſionẽ reuiuiſcunt illa bona opera que fecit homo añ peccatũ cũ adhuc homo fuit in gratia. ſed que in peccatis facta ſunt nunq̃ꝫ reuiuiſcũt. R̃. Illa reuiuiſcũt que quõdã viua fuerunt. Nunq̃ꝫ viua fiunt que nũq̃ꝫ viua fuerunt.

Tercia mors ẽ mors gratie. ſcꝫ quãdo homo priuaꝶ vita carnali. quãdo deſinit viuere ſm cõcupiſcẽtias carnis: ⁊ incipit viuere ſm ſpiritũ. quãdo om̃ia deſideria carnis ſunt extincta in homĩe. ⁊ deſideria anime ſunt erecta ad deũ. De talibus dicit apl's ad Col. iij. Mortui eſtis et vita veſtra abſcõdita eſt cũ chriſto in deo. i. mortui eſtis a terrenis et carnalibꝫ deſiderijs tanq̃ꝫ mortui ſepati: ⁊ vita veſtra abſcõdita ẽ in deo. et hoc cũ chriſto. i. ſicut chriſtus abſcõdit⁹ eſt in deo. vel ſicut chriſt⁹ mortu⁹ fuit carne et vixit deitate. ſic nos debemus mori in his que concupiſcit caro. ſed viuere debemus in his que ad deum

ptinēt.j.Pe.ij. Pctā nr̄a ipe ptulit i corpe ſuo ſup lignū: vt pctis mortui iuſte viuam⁹ deo ⁊ ei ſuiam⁹. Jſtud figuratū ē Gen̄.xxij. vbi aries moriť ⁊ Jſaac imolať. Aries em̄ carnē ⁊ Jſaac ſpm̄ ſignificat. Mlti p ariete Jſaac interficiūt dū p carnis voluptatez ſpūm extiguūt. Hec mors puenit ex charitate ad deū. Cāt. viij. Fortꝫ ē vt mors dilectio. Jſid. Sic mors violēter ſepat aiaz a corpe. ita dilectio violēter ſepat hoiez a mundo. Quarta mors ē gehēne. i. iferni q̄ dānati eťna liť moriūť. ⁊ tn̄ n̄ ꝯſumūť. Ber. Quiſ det eis ſel' mori ne i eťnū moriāť. Apoca.ix. Deſiderabūt mori ⁊ mors fugiet ab eis. Et aſſigt Aug. cāz di. Quibus h̄ i ſclō vita offerť et nolūt accipe graz. i iferno q̄rēt mortē et nō poterūt iuenire. Grego. Fit miſerꝫ mors ſine morte. finis ſine fine. defect⁹ ſine defectu. qꝛ mors ſp viuit. ⁊ finis ſp icipit. ⁊ defect⁹ deficere neſcit: ⁊ mors nūq̄ꝫ pibit. ⁊ ſic ſp moriūť ⁊ nūq̄ꝫ ꝯſumūť. A q̄ morte nos eripiat ih̄s xp̄s Marie filius Amen.

De eodem. Sermo. cxxiij.

Non pōt arbor bona fruct⁹ malos facere: neqꝫ arbor mala fruct⁹ bonos facere Mat. vij. et Lu. vj. Jn ṽbis iſtꝫ duo tāgūť. ſ. bonoꝝ fructuoſitas: cū dr̄ Nō pt arbor bōa fruct⁹ malos facere. i. bon⁹ hō n̄ pt opa mala facere. ſꝫ q̄cq̄d facit ē meritoriū: ſiue comedat: ſiue bibat: ſiue dormiat totuz cedit ei ad meritū Bern̄. Habe charitatē ⁊ age q̄d vis. Scdō tāgiť pctōꝝ dānoſitas cuꝫ dr̄. neqꝫ arbor mala. i. hō mal⁹ pt bonos fruct⁹ facere. q̄ꝫdiu ē mal⁹ oē bonū qd̄ agit amittit. ſ. q̄ꝫtū ad vitā eťnā. Sciēdū aūt ꝙ pctm̄ vitare debem⁹ ppť mltiplex malū ſiue dānū qd̄ puenit ex eo. Primū dānū tāgiť i ṽbis ppoſitꝫ. ſ. q̄ꝫdiu ē hō i pctō mortali nō pōt facere opa meritoria. Gre. Qui i charitate nō ē oē bonū qd̄ facit amittit. ſ. q̄ꝫtū ad vitā eťnā. Aug. Bōa q̄ facit hō i pctis mortalibꝯ n̄ dimittit dn̄s nr̄ irremunerata. remūerat eni i h̄ ſclō Sūt aūt tria q̄bꝯ remūerāť bōa facta i pctō mortali. ṽ. Que cū mortali fiūt dāt bōa tre Cor reddūt habile: minuūt tormēta gehēne. Prio dat de⁹ aliqn̄ bona tpalia propť bona opa facta in pctō mortali. Lu. xvj. cū diues i iferno diceret Pr̄ Abraā miſerere mei. Rn̄dit. fili recordare qꝛ recepiſti bona i vita tua. Glo. Quicq̄d feciſti boni i vta tua p eo recepiſti bona tpalia. nec mō habebis eťna. Et fuit ita an̄ icarnatōꝫ xp̄i Jſa.j. Si volueritꝫ ⁊ audieritꝫ me bōa tre ꝯmedetꝫ Jtē p bono facto i mortali aliqn̄ dat de⁹ pctōri ꝯtritōꝫ ⁊ ꝯūtit euꝫ a vita ſua mala vt habil' ſit ⁊ fiat ad ſuſcipiēdū graz. Sic pꝫ i paulo q̄ licꝫ eēt pſecutor xp̄i ⁊ ſuoꝝ. tn̄ caſtitatē ſuauit et iuſticiā dilexit. idō dn̄s reſpexit eū ⁊ ipm̄ ꝯūtit. Jtē bonū factū i pctō mortali minuit penaz i iferno. h̄ nō ē ita itelligēdū ꝙ pēa quā debeat ſuſtinere minuať p q̄ dānat⁹ ē. ſꝫ ſic itelligēdū ē: ſi i illo tpe male feciſſꝫ qn̄ bona opa fecit tūc maior fuiſſꝫ ſua pena q̄ꝫ nūc ſit. Jdō bona facta i pctō mortali nō pſunt hoi q̄ꝫtū ad vitā eťnā Si etiā aliquis ꝯſtrueret mille clauſtra. ⁊

poſtea ↄuerterent̄ ⁊ ſctiſſimꝰ fieret: nihi
lominꝰ mercedē nō recipet ꝓ factis in
mortali pctō. Exēplū i Saul: q̄ mul
ta bella pugnauit ꝓ pplō dei. ſꝫ qꝛ i pctō
mortali fuit deo nō placuit. Legit̄ eti
am ꝙ rex q̄dā ꝓpter vanā gliā ↄſtru
xit pulcerrimū tēplū: pcipiēs vt nullꝰ
ad h̄ aliquā elemoſynā daret. ſed ipe
de ſumptibꝫ ſuis oīa ↄpare voluit.
Erat aūt q̄dā paupcula vidua ſꝫ de
uota: q̄ libēter aliquā elemoſynā ad
ſtructurā edificij dediſſꝫ ſꝫ n̄ audebat
verūtn̄ qn̄ aſini q̄ lateres et aquā por
tabant ad ſtructurā domū eiꝰ ptranſi
bant: ex deuotōe dedit eis pabulū ⁊ fe
nū. Cōſumpto tēplo ſcpſit rex titulū
ſup oſtiū tēpli talē. Iſtud tēplū edifi
cauit rex ſolꝰ et nō alius. Nocte ꝟo il
la venit angelus dñi: ⁊ deleuit illū ti
tulū. ⁊ ſcpſit aliū ſic. Templū illud
edificauit paupercula vidua q̄ pauit
aſinos ⁊ nō rex. Ecce i h̄ patet ꝙ n̄ pla
cuit deo tēplū edificatū i ſupbia et ꝓ
pter vanā gliam. Scdm malū qd̄
ꝓuenit ex peccato eſt: ꝙ vnū pctm̄ tra
hit ad aliud Gre. Pctm̄ qd̄ mox per
pniam nō diluit̄ ſuo pondere ad ali
ud trahit. ſicut patet i malefactoribꝫ
qui poſtq̄ꝫ male fecerūt: negant. mēti
unt̄ ⁊ piurant. Exemplū i Cayn: qui
poſt fratricidiū mentiebat̄ cū dñs q̄
reret ab eo dicēs. Ubi ē Abel frat̄ tu
us? Reſpondit. Neſcio dñe ⁊c. Gen.
iiij. Itē exemplū i Dauid q̄ p̄mo pec
cauit i ocio. qꝛ alijs euntibꝫ ad pliū
ipſe domi vacauit ocio. De ocio pecca
uit i viſu. qꝛ incaute inſpexit mulierē
ſcꝫ Berſabeā. de incauto viſu cecidit i
ↄcupiſcētiā malā. ⁊ poſt ↄcupiſcētiā
malā ↄmiſit adulteriū. deinde cecidit
in fraudē volēs palliare pctm̄ mittēs
ꝓ vria. ⁊ pcepit ei vt dormiret cū vxo
re ſua vt ſic partꝰ ſibi aſcriberet̄. deinde
cecidit i homicidiū. deinde in placēti
am peccati. qꝛ placuit ſibi ꝙ Urias fi
delis miles occiſus erat cū ſibi nūcia
tū erat. Nota hyſtoriā. ij. Re. xj. Q̄
vnū pctm̄ naſcat̄ ex alio ptꝫ ſic. Sup
bia eſt initiū oīm alioꝝ pctōꝝ. qꝛ hō
ſupbꝫ dolet ꝙ ſit alius hō ſibi ſilis vł
ſupra ſe. et ſic ex ſupbia naſcit̄ inuidia.
Inuidus de facili iraſcit̄ illi cui iuidet
⁊ ſic ex inuidia naſcit̄ ira. Iracundus
aūt cū non pōt ſe vindicare turbat̄ et
triſtat̄ ⁊ tardꝰ fit ad ſeruitiū dei. ⁊ ſic ac
cidia orit̄ ab ira. Accidioſus autē cū
nō occupat ſe diuinis rebꝫ: oportꝫ vt
occupet ſe terrenis. tpalibꝫ et munda
nis. qꝛ aīa humana ocioſa eſſe nō pt.
et ſic incipit ↄcupiſcētia. ſ. ↄcupiſcere
tpalia. ⁊ tunc orit̄ auaricia ex accidia
Auarꝰ aūt ⁊ diues qꝛ magꝭ abūdat i
diuitijs magis vult pcurare i cibo et
delectari i potu. ⁊ ſic naſcit̄ deinde gula
Guloſus q̄ bn̄ nutrit carnē de facili ac
cēdit̄ ad luxuriā. Iō dꝛ ad Ephe. v.
Nolite inebriari vino in quo eſt luxu
ria. Et ſic patꝫ quō vnū pctm̄ trahit
ad ſe aliud. Terciū malū ſiue dam
nū qd̄ ꝓuenit exiſtēti i mortali pctō ē
ꝙ p ſe reſurgere nō pōt. Exemplū i pi
ſce q̄ hamū intrat p ſe. ſꝫ ſine adiuto
rio exire nō pōt. Sic pctōr p ſe in pec
catū cadit. ſꝫ ſine adiutorio dei p ſe re
ſurgere neſcit. Idō dꝛ Oſee. xiij. Per
ditio tua ex te iſrl: tm̄mō ex me auxili
um tuū. qꝛ ſine dei adiutorio ⁊ gratia
nullꝰ reſurgere valet. qꝛ nullꝰ pōt pctā
dimittere niſi ſolꝰ deus. vt ptꝫ in p̄mo
hoīe Adā. q̄ cū in pctm̄ cecidiſſet: in

quinq̧ milib⁹ annoꝝ nõ potuit reſur
gere niſi mediãte grã diuina Quar
tũ malũ qđ ꝓuenit homi exiſtẽti i pec
cato ẽ ꝙ ſaluandos retardat a gloria
Quãuis eñ hõ peccatũ ꝯfitet̃ et i grã
decedit. tñ peccatũ qđ fecerat retardat
ꝛ impedit eũ ꝙ nõ põt ſtatim ad ꝯſpe
ctũ dei ꝑuenire. ſed optꝫ vt hõ ſupple
at i purgatorio. qꝛ nullũ inqnatũ in/
trabit in regnũ celoꝝ. Sap. vij. Ni/
hil inqnatũ incurrit i eã. ſ. dei ſapiẽtiã
Et hoc ẽ qđ dicit Aug. Purgãdus ẽ
igne purgatoĩs q̃ in aliud ſcłm diſtu/
lit fieri ꝯuerſionez. Hui⁹ figurã habe
mus i Abſalon. q̃ poſtq̧ recõciliat⁹ ẽ
patri ſuo manſit duob⁹ annis in hie
ruſalẽ ꝙ nõ licuit ei faciẽ ſui pr̃is vide
re. ij. Re. xiiij. Nã legit̃ de ſancto quo
dã ꝙ corpus eius in feretro iacẽs mi/
raculis claruit: aĩa tñ eius in purga
torio exiſtente. Rogemus ꝛc.

Dñica nona Sermo. cxxiiij.

# Non ſimus

concupiſcẽtes maloꝝ. j.
Coꝝ. x. In ꝟbis ꝓpoſit̃
hortat̃ nos aplꝯs vitare malã ꝯcupi
ſcẽtiã: q̃ duplex ẽ. ſ. ꝯcupiſcẽtia carniſ
. i. luxuria: ꝛ ꝯcupiſcẽtia ocłoꝝ. i. aua/
ricia. j. Joh. ij. Omẽ qđ ẽ i mũdo aut
eſt ꝯcupiſcẽtia carnis vel ꝯcupiſcẽtia
oculoꝝ. Prima ꝯcupiſcẽtia eſt car
nis que ẽ luxuria. hanc vitare debem⁹
ꝓpter multa. Prio qꝛ inqnat hoiem
ſiue aĩam q̃ eſt templũ ſpũſſcti. et eij/
cit a ſe deũ. ꝫm illud. j. Coꝝ. iij. Neſci
tis qꝛ tẽplũ dei eſtis vos. et ſpũſſctũs
habitat i vobis. Sequit̃. Si qs aũt
templũ dñi violauerit: diſꝑdet illũz
dñs. Et hoc facit luxurioſus qui eij/
cit deũ de aĩa. ꝛ facit de tẽplo dei. i. aĩa
ſtabulũ brutoꝝ. i. demonum. Hui⁹ fi
gurã habem⁹ ꝑ Jezabel: que de vinea
Naboth fecit hortũ oleꝝ. Nota hy/
ſtoriã. iij. Reg. xxj. Rex achab dixit
ad Naboth. Da mihi vineã tuaz vt
faciã mihi hortũ oleꝝ. ꝛ ille noluit he
reditatẽ pr̃is ſui vẽdere/ et turbat⁹ rex
proiecit ſe in lectũ: ꝛ noluit comedere
Tunc ſcpſit vxor ſua Jezabel lr̃as ad
iudices terre vt ꝯuenirẽt ad iudiciuz
ꝛ iudicarẽt naboth ad mortẽ eo ꝙ of/
fendiſſet regẽ. Et illi timẽtes iudica/
uerũt naboth ad mortẽ vt lapidarẽt
eũ. ꝛ ſic facta ẽ vinea in hortũ oleruz.
Per Jezabel moraliter intelligit̃ ſter/
quiliniũ. i. lutũ. ꝛ ſignificat luxuriã q̃
imũdior ẽ q̃z aliqđ aliud lutũ. Ber.
Nõ ſic fetet putrid⁹ canis in cõſpectu
hoim ſicut pctõr in cõſpectu dei et an/
geloꝝ. Per vineã ſignat̃ anima. quã
plantauit deus ad habitandũ i ea. in
qua vult eſſe ſicut vitis in vinea. Jo
hã. xv. Ego ſum vitis vera ꝛ vos pal
mites. qui manet i me ꝛ ego in eo hic
fert fructũ multũ. Quicũq̧ hanc vi/
tem. i. xp̃m in ſua vinea nõ habuerit
nõ põt ferre fructũ. Vñ ſequit̃. qꝛ ſine
me nihil poteſt̃ facere. ſupple qđ me
ritoriũ ẽ. Et ſicut vinea qñ vitis flo/
ret nõ pñt in ea manere ſerpẽtes ꝛ ver
mes. ſic in aĩa q̃zdiu floret iſta vitis
. i. xp̃s. ſerpẽtes. i. demones in ea mane
re nõ pñt. Dicit̃ eñ Cantic. ij. Vinee
florentes odorẽ dederũt. Gen. xl. Vi/
debã corã me vitẽ in q̃ erãt tres ꝓpa/
gines paulatim creſcere i gẽmas. ꝛ p⁹
flores vuas matureſcere. Tales vuaſ
expſſi i calicẽ ꝛ poculũ dedi Pharaõi.

Scdm Chriſ. flores p̄cedūt gēmas ⁊ ſequūť tādē3 vue. ſic bōe volūtates p̄cedūt de bōis cogitatōibꝫ. poſtea ſequūť vue. i. bōe opatōes. Ecci. xxiiij. Flores mei fruct⁹ honoꝝ ⁊ hōeſtatis. ſic dr̄ i ps. Exťmiauit eā aper de ſilua: ⁊ ſingularꝭ fer⁹ depaſt⁹ ē eā. Aper ē aial luxurioſu3. qui exťmiat vineā. i. aia3. Jō ſequiť de Jezabel. i. luxuria: q̄ mutat vineā i hortū oleꝝ. ⁊ icipiūt in ea hitare vmes. i. demōes: ⁊ expelliť deus De imūdicia h⁹ pcti poniť exēplū i vitaſpatꝝ. qꝫ q̄dā heremita exn̄s adoleſcēs āblabat p heremū. ⁊ venerēt duo angeli i ſpecie hoim ⁊ ābulabāt cū eo. ⁊ iuenerēt cadauer hoiſ mortui fetidū Heremita nō valēs ſentire odorē obſtruxit naſum: et illi n̄. deinde occurrit q̄dā adoleſcēs. tūc angeli obſtruxerūt nares ſuas. Cūq3 heremita q̄rer3 cā3 illi⁹: dixerēt angeli. tu cu3 ſis caro ſentꝭ fetorē carnis. nos cu3 ſim⁹ ſpūs ſentim⁹ fetorē aie. Adoleſcens ille luxurioſus ē. ⁊ pl⁹ fetet i ꝯſpectu dei ⁊ angeloꝝ q̄3 aliqđ cadauer i ꝯſpectu hoim. ⁊ iō illđ viciū maxie ē fugiendū. Scdo luxuria fugiēda ē. qꝛ p eā dn̄s maxie ad iracundiā puocať. ſic p3 Nu. xxv. vbi dr̄ qꝫ cū rex balaath n̄ poſſ3 expugnare filios iſrl̄. qꝛ dn̄s erat cū eis. nc potuit eos maledicere Balaā. Tunc propha Balaā dedit ꝯſiliū balaath regi qꝫ mitteret mlieres ⁊ vgies ſpecioſas cū venalibꝫ ſuis ad tētoria filioꝝ iſrl̄: vt ille alliceret ad ſe iuuenes ⁊ facerēt eos ſecū peccare. ⁊ tūc de⁹ eoꝝ deſereret eos. et tūc poſſet eos expugnāre. ⁊ ſic factū ē. miſſe ſť vgines pulcerrīe pncipis: ⁊ peccauerēt cū eis filij iſrl̄. Jratus itaq3 dn̄s p̄cepit moyſi vt ſuſpēderet oēs pncipes ppli i patibulꝭ. qꝛ pmiſerēt peccare filios iſrl̄ cū ill'. Zambri āt pnceps vn⁹ duxerat cophin filiam cuiuſdā gētil': et corā oi turba faſſus eſt ea3 hre. ⁊ itrauit tabnaculū ſuū cū illa. ⁊ corā oi mltitudie peccās cū illa Et ſurgēs phinees arrepto gladio intrauit p⁹ eos: ⁊ interfecit ambos. ⁊ plaga ceſſauit quā imiſerat dn̄s i ppl'm. Et fuerūt occiſi. xxiiij. milia hoim. Ecce p3 quō de⁹ p h̄ viciū ad iracūdiā puocať imo fere totū gen⁹ hūanū deleuerat p diluuiū ppť luxuriā Gen̄. vij. c. Jđo monet nos apl's Eph̄. v. di. Fornicatio aūt ⁊ imūdicia nō noieť in vobis

Tercio ē fugiēda luxuria. qꝛ hoies ſpūalr̄ excecat. vn̄ Greg. De luxuria carnis generať cecitas mētꝭ. Adeo excecat hoie3 qꝫ nō cog̊ſcit creatorē ſuū. Oſ. v. Spūs fornicationū i medio ipſoꝝ: ⁊ deū nō cognouerūt Jſtđ figuratū ē p Sāſonē q̄ ppter luxuriā excecat⁹ ē. Nō hyſto. Judicū. xvj. vbi dr̄ qꝫ Dalida fecit eū dormire ſup genua ſua: ⁊ abraſit ſibi crīes ſuos. ⁊ ita pdidit fortitudinē ſuā. ⁊ tūc venerēt inimici ſui ⁊ excecauerūt eū. Per Dalidā ſignificať luxuria q̄ facit hoie3 dormire p delectatō3 malā. ⁊ ſic excecat hoie3. Sap̄. ij. Excecauit eos malicia eorū Hoc mō fuerēt excecati duo ſeniores p cōcupiſcētiā ſuſanne. de q̊bꝫ dr̄ Dan̄. xiij. Declinauerēt oclos ſuos ne viderēt celū: nec recordareť iudicioꝝ iuſtorū. Greg. i mor̄. Si ꝯditi ſum⁹ mirabiliť vt rō aia3: et aia poſſideat corp⁹ vite. rō aie a corpis paſſione repelliť ſi nō pus aia a rōne poſſideť Quid aliud ē paſſio corpis q̄3 tēptatio carnis q̄ rōem extiguit ne refreneť: Quarto

fugiēda ē luxuria. qꝛ aufert homī ſen
ſus ⁊ facit eū fatuū. Eccī. xix. Uinū ⁊
mlīeres apoſtare faciūt ſapiētes Hie
ro. Quis ſalomone ſapientior: ⁊ tñ a
muliere īfatuatꝰ ē. iij. Re. xj. dꝛ. Aūte
rūt mlīeres cor eiꝰ cū iā eēt ſenex vt ſe-
quereť deos aliēos. Exēplū i ſapiētiſ-
ſimo pħo Ariſtotele. q̇ ita īfatuatꝰ fu
it p mlīeres vt vna mlīer eq̇tauit euz.
h̄ tñ moralr̄ ē ītelligēdū vt ariſtoteles
dicať eq̇tatꝰ fuiſſe p mulierē. Nā mlī-
er iſta dꝛ eē pħia q̄ eq̇tauit mētē ⁊ aīm
eiꝰ. ita vt plenꝰ amore eiꝰ oīa eq̄ ⁊ ſapi
ēť ſcriberet naturalr̄ ſaltē. Sed ſi di
cať de pħo ille fuit dictꝰ noīe ariſtomi-
nus. ſic ſilr̄ mlti diligūt mlīeres ꝙ fa-
tue agūt i ſclō. ſic ꝙ plꝰ diligūt mulie
res q̄ꝫ deū. q̄propť cñalr̄ damnabūť.
Exemplū. Quidā miles turpiť ada
mauit vxorē alteriꝰ militꝫ. ꝯtigit āt ip
ſuz mare trāſire. Cūqꝫ ibi īfirmareť ⁊
morti appropinq̄ret. ita fatuꝰ erat et
ita excecatꝰ amore mulierꝫ ꝙ nec cōica
re nec ꝯfiteri voluit. Precepit aūt ſer
uo ſuo vt eo mortuo cor ſuum amice
ſue i pixide portaret. qđ cū feciſſꝫ ⁊ re-
uerſus vellet intrare caſtꝝ illiꝰ dñe. oc
currit ei vir eiꝰ ⁊ q̄ſiuit ab eo q̇d đ trāſ
marinis ꝑtibꝫ portaret. ⁊ cū nihil rñ
deret. coegit eū vt diceret. et accipiēs
cor iſtud ꝯditū i pixide ⁊ bñ cōctū de
dit vxori ſue vt comederet. Cūqꝫ co-
mediſſꝫ q̄ſiuit de dña di. Dilexiſti eti
am illū militē q̄ mare trāſiuit. At illa
rubedie ꝑfuſa loq̇ nō audebat. ⁊ dixit
miles. Sciatis dña ꝙ cor dilecti vr̄i
vob̄ de trāſmarinis ꝑtibꝫ miſſum co-
mediſtꝫ. Et illa rñdit. Et certe ego pꝰ
illū cibū nūqꝫ aliū cibū comedā. ⁊ inť
fecit ſeipſam. Ecce quō luxuria iſtos
duos fatuos fecit ⁊ excecauit. Qui-
to luxuria fugiēda ē. qꝛ ñ ꝑmittit ho-
minē facere oꝑa meritoria: ſed ꝯpellit
hoīez carnalr̄ cogitare loq̇ ⁊ ꝯcupiſce-
re. Gre. Cū luxuria mētē iuaſerit nul
luz bonū cogitare ꝑmittit. ⁊ totiēs pec
catū mortale ꝯmittit q̄tiēs īſpicit mu
lierē eā ꝯcupiſcēdo. Mat. v. Qui vi
derit mulierē ad ꝯcupiſcēdū eā iā me
chatꝰ ē eā ⁊c. ⁊ ſic luxurioſus p̄t ꝯmit-
tere vno die centū vel mille pctā mor
talia. Et qđ plus ē: doctores volūt ꝙ
moroſa delectatō ſit pctm̄ mortale eti
am ſi nō velit facere qđ cogitat. tñ qꝛ
cū ꝯſenſu ī cogitatōibꝫ carnalibꝫ mo
rať ⁊ delectať mortalr̄ peccat. Exēplū
legiť ꝙ q̄dā v̄go qꝛ audierat vnā can
tilenā carnalē cātare cū delectatiōe: lꝫ
ꝯfeſſa fuerat añ mortē. tñ. xv. diebꝫ ꝑ
pter h̄ i purgatorio fuit. ſic ipſa retu-
lit cuidaz ſctō viro cui appꝑuit. Si h̄
factū fuit ꝓpť delectatōꝫ tm̄: q̇d erit ꝓ
pter oꝑatōꝫ? Sexto luxuria fugien
da ē. qꝛ corpꝰ hoīs ꝯſumit hic i pn̄ti.
⁊ aīaꝫ cñalr̄ dānat i futuro. De pmo
hēmꝰ exēplū i Amnō filio dauid: q̇ ꝓ
pter amorē carnalē quem habuit ad
thamar ſororē abſalō egrotauit. ⁊ tā-
dē eā violauit. ꝓpť qđ etiā vitā ami-
ſit. nā abſalō ipm inťfecit. ij. Re. xiij.
Exēplū. In elſatia mlīer q̄dā adul
terio vtebať. ⁊ q̄ndā maxie diligebat
qđ cū viro eiꝰ inotuiſſꝫ inſidiabať illi
⁊ ille fugaz cepit. Poſt aliq̄s dies ille
occulte rediꝫt ⁊ ſedit i domo cuiuſdaz
amici ſui. qđ cū illa itelligeret ſurrexit
cū mag̊ deſiderio currēs ad eū. ⁊ cū tā
to deſiderio ſuꝑ collū eiꝰ cecidit ⁊ am-
plexans eū mortua fuit. ⁊ ille vix ſol-
uens brachia eiꝰ de collo aufugit. Q-

aũt aĩaz dãnat ĩ futuro pz.j.Coꝛ.vj ubi dꝛ. Neqꝫ foꝛnicarij neqꝫ adulteri regnũ dei poſſidebũt. Ubi Aug. Si pie ⁊ caſte vixeritiſ ſine fine ĩ celo gaudebitiſ. ſi ĩpie ⁊ luxurioſe vixeritiſ etnis incẽdijs ſubiacebitis. Uñ dixit Suſanna qñ ſenes temptabãt eã de luxuria. Si eñ malũ hoc egero moꝛs mihi eſt.ſ.etna Dañ.xiij. A q̃ nos cuſtodiat q̃ ſine fine viuit ⁊ regnat.

De eodem. Sermo.cxxv.

Edde rõez villicatõis tue Luce.xvj. Iſta pñt eꝯ ꝟba dĩ ad quẽlibet hoĩez. Oẽs eĩ reddituri ſum⁹ rõz ꝺ tota vita ĩ fuſo. Sũt eĩ m̃lta de q̃bꝫ reddere debem⁹ rõem. Primo de cogitatõibꝫ. Sap.vj. Ipſe.ſ.de⁹ cogitationes vr̃as ſcrutabit. Lu.xij. Capilli capitiſ vr̃i oẽs numerati ſunt. Caput ẽ intellect⁹. capilli ſunt cogitatiões q̃ deo patẽt. q̃s etiã oẽs nũerabit. Gre. Oĩa diſtricte nõ ſolũ facta ſꝫ etiã cogitatões penſant a dño. Quid ḡ facie m⁹ ꝺ inceſſu coꝛpis ſi ſic ſubtiliter cogitatões coꝛdis iudicat. Legit in vitaſpatꝝ ꝙ quidã frater venit ad abbatẽ ſuũ monẽdo dicẽs. Pr dic mihi aliq̃d verbũ edificatoꝛiũ Cui ille. vade ⁊ fac cogitatões tuas ſicut ille q̃ eſt in carcere. ille eñ cogitat freq̃nter vbi eſt iudex: ⁊ qñ venit: et q̃d r̃ndebit ei. ⁊ ſic frequẽter occupat. ita debet q̃libet hõ cogitare interim ꝙ ẽ in carcere coꝛpoꝛis ꝙ optebit euz ſtare añ tribunal iuſti iudicis.ſ.xp̃i. et reddere rõem de om̃ibꝫ cogitatõibꝫ. ꝟbis ⁊ opibꝫ. ſi h̃ ſepe cogitaueris ſalu⁹ eris. Certe ſi hõ ſemp cogitaret quõ optebit eũ reddere rõem de cogitatõibꝫ. ſepe coꝛ ſuum ab inutilibꝫ ⁊ malis cogitatõnibꝫ abſtraheret. Scđo debem⁹ rõem reddere de locutõe. Matth.xij. Dico autẽ vobis ꝙ de om̃i ꝟbo ocioſo q̃d locuti fuerint hoĩes ſup terrã: reddẽt rationẽ in die iudicij. Grego. Si de ꝟbo ocioſo reddẽda eſt ratio in nouiſſimo die: penſandũ ẽ quãta mala multiloquiũ ſequunt. Berñ. Si futurã cogitas de verbis ocioſis diſcuſſionẽ non valde tibi diſplicet ſilentiũ. Si autẽ peccatũ ẽ inutilia loqui: multo mag' in eccleſia fabulari. Legit de ſctõ martino qui dũ ſemel miſſam celebraret: btũs Bricci⁹ ſu⁹ diacon⁹ diabolũ vidit retro altare ſedẽtẽ ⁊ ſcribẽtẽ. ⁊ cũ deficeret pgamenũ voluit illud dentibꝫ extẽdere. ⁊ rupto pgameno colliſit caput ad muꝝ. q̃d vidẽs btũs Bricci⁹ cepit ridere. Cũqꝫ q̃reret btũs martinus vt diceret ſibi q̃d riſiſſz. dixit illi. At ille interrogãs diabolũ q̃d ſcpſiſſet Rñdit. ꝟba ocioſa q̃ loquũt hoĩes in eccleſia ſcribo. Itez legit de ſctõ Syro epõ ianuẽſi: qui ſilẽm viſionẽ vidit in ecclĩa. Tercio ſicut reddẽda ẽ rõ de indiſcreta locutõe. ita ẽ reddẽda rõ ꝺ indiſcreta taciturnitate. ſicẽ eñ pctm̃ ẽ indiſcreta locutio: ſic etiã indiſcreta taciturnitas. Ideo dꝛ Eccl'ſ.iij. Tẽpus loquẽdi ⁊ tp̃s tacẽdi. Ezech.xxxiij. Si ſpeculatoꝛ viderit gladiũ venientẽ ⁊ nõ ſonuerit buccina ⁊ ppl's ſe nõ cuſtodierit. veneritqꝫ gladi⁹ et tulerit ab eis aĩaz: ſanguinẽ eius de manu.ſ. ſpeculatoꝛis requirã. Per ſpeculatoꝛẽ itelligunt plati eccleſie. q̃ ſunt ad h̃ poſiti vt delinquẽtes coꝛrigant ⁊ errãtes

dirigāt. Si viderint ſubditos pecca
re ⁊ tacuerint ſiue ꝓpter timorē ſiue ꝓ
pter amorē ſiue negligentiā: ⁊ illi i pec
catꝫ mortui fuerit: dn̄s reqret aīas il/
las ab eis i die iudicij. Iſa. lviij. Cla/
ma ne ceſſes: qſi tuba exalta vocē tuā
⁊ annūcia ppl'o meo ſcelera eoꝝ: ⁊ do/
mui Jacob pctā eoꝝ. Iſtō figuratū
fuit Exo. xxxix. vbi dr̄ q dn̄s pcepit
q i fimbria pōtificꝫ fierēt titinabl'a au
rea vt poſſet audiri a ſbditis ſuis qn̄
pcederet. ſic plati ⁊ dn̄i debēt ſonare vt
poſſint audiri a ſubditis: nō debēt ta
cere neqꝫ diſſimulare correctōez. Vn̄
dn̄s Ezech. iij. Fili homīs dedi te ſpe
culatorē domui iſrl': audiēs ex ore meo
ſermonē annūciabis eis. Si ḡ me di
cēte ſermonē ad impiū morte morierꝫ
nō annūciaueris ei neqꝫ locut⁹ fueris
vt ſe auertat a via ſua impia ⁊ viuat.
⁊ ipſe impi⁹ i iniqtate ſua moriet': ſan/
guinē ei⁹ de manu tua requirā. Exem/
plū. Duo clerici erāt ſe mutuo diligē
tes. quoꝝ cū vn⁹ morti appropropi/
quaret: adiurat⁹ ē ab alio vt rediret ⁊
ſtatū ſuū ſibi reuelaret. Mortu⁹ ḡ re
dijt: ⁊ ſeipm dānatū aſſeruit. ⁊ qſiuit
ille de ſtatu platoꝝ ⁊ nūero dānatorū
Et ille porrexit ſibi lrām vt legeret. et
erat ſcptū i ea ſic. Oēs pncipes iferni
⁊ rectores tenebraꝝ vniūſis ecclīaꝝ p
latꝫ tartareā ſalutatōez ⁊c. qr optime
q nr̄a ſunt facitꝫ ⁊ nobis tot aīas p ne
gligētiā trāſmittitis: q vix lata ⁊ ſpa/
cioſa via eas capit: ſciatꝫ vos dignio/
rē habituros retributōz i tpe optuno
Cū ille hec legeret ſtupēs ⁊ dolens ait
Nec ego curā aiaꝝ tenebo. et dimiſſo
bn̄ficio ordinē intrauit ⁊ religionem
Quarto debem⁹ reddere rōem de tpe
Bern̄. Oē tps tibi impēſum reqret a
te qliter fuerit expēſuz. Anſ. O lignū
aridū ⁊ inutile qd in illa die rn̄debis
cū exiget a te vſqꝫ ad ictū oculi oē tps
tibi viuēdi impēſuz. Ber. Nihil pcio
ſi⁹ tpe. ſꝫ heu hodie nihil vili⁹ reputa
tur. Gre. Nō paꝝ eſties tps qd i fa/
ctꝫ vl' dictꝫ expēdit ocioſuz. Volat em̄
ꝟbū irrōnabile vltra tps irreuocabi/
le. nec aduertit hō qd amittit cū ma/
gnū pctm̄ ꝯmittit. qr tūc ꝯſumit inu
tiliter tps. Vn̄ de h' maxie ꝯfitēdū eſt
Exēplū d. b. Auguſtino. q int' alia cō
feſſus fuit q ſtās in agro vidit canez
leporē agitantē. ⁊ ſtans i domo vidit
araneā capientē muſcas cum reti ſuo
qd texuerat. Hoc iō ꝯfitebat'. qr in eo
tpe ſuū tps inutiliter ꝯſumpſit qn̄ ta
lia aſpexit. Et non tm̄ de aſpectu: verū/
etiā de greſſu vel d alijs etiā motibus
vel ſenſib corpis exiget deus rōem a
nobis. Job. xxxj. Nonne ipſe cōſide/
rat vias meas. ⁊ cūctos greſſus meos
dinūerat? vn̄ Gre. Sic deus vniuſcu
iuſqꝫ vias ꝯſiderat vt nec minutiſſi/
me cogitatōes nec ꝟba tenuiſſima q
apd nos vſu viluerūt ei⁹ iudicio indi
ſcuſſa remaneāt. Quīto debem⁹ red
dere rōem de opib nostris. ij. Cor. v.
Oēs nos manifeſtari optet an̄ tribu
nal xpi vt referat vnuſquiſqꝫ ppria ſi
cut geſſerit i corpe ſiue bonū ſiue ma/
lū. Et nō ſolū mala opa vult dn̄s iu
dicare: verūetiā bōa. ps. Cū accepo
tps. ſ. iudicandi. ego iuſticias iudica
bo. i. opa bōa iudicabo qli intētōne fa
cta ſint. Iſid. Ad diſtricti examē iu/
dicꝫ nec iuſticia iuſti ſecura ē niſi pieta
te diuīa: vt ⁊ ipſa iuſticia q qſqꝫ iuſt⁹ ē
deo iuſtificāte iuſtificet'. et tunc iuſtus



110

vix ſaluabit̃. ipſi ꝗ̊ qd faciet? Vñ apo ſtolꝰ. j. Coꝛ. iiij. Nihil mihi ꝯſciꝰ ſuꝫ .i. i nullo remoꝛdet me ꝯſcia. nec in h̊ iuſtificatꝰ ſuꝫ. i. ñ me iuſtū puto. q. d. qꝫ foꝛte hēo occultū qđ ego igro ⁊ deꝰ ſcit. pſ. Ab occlt̄ meis mūda me dñe ⁊ ab aliēis pce ſuo tuo. Sexto red/ dere debēꝰ rōem de greſſibꝫ nr̄is. Job xxxj. Nōne ipe ꝯſiderauit vias meas ⁊ cūctos greſſus meos dinumerauit. Gre. Sic deꝰ vniuſcuiuſqꝫ vias ꝯſide rat. reqre i ſer. Videte manꝰ ⁊c̃. Se ptio reddēda ē rō ꝺ̓ bōis nob̄ a deo col lat̄ ſiue tpalibꝫ ſiue naĩalibꝫ ⁊ de bōis neglect̄. Eccs. xj. In bōis ſit coꝛ tuū. ⁊ ſcito ꝙ ꝑ oībꝫ his ducꝫ te deꝰ ad iudi ciū. Nā bōa tpalia ſt̄ diuitie ⁊ hono/ res ⁊ dignitates ꝓ q̊bꝫ reddenda ē rō. Bōa naĩalia ſunt ſanitas. foꝛtitudo pulcritudo. ſcia. eloq̄ntia. ſapia. vox cantādi ⁊ alie grē et ſbtilitates. q̄ ad laudē dei ⁊ ad iuuamē ꝓximi debēt expē di. Qui aūt hec neglexerit: ꝯtiget illi ſicẽ ſuo nequā q̊ abſcōdit pecuniā dñi ſui Mat. xxv. vbi dicit de ſeruis q̊bꝫ dñs talēta ꝯmiſit vt lucrarēt̃. et reūſo dño rōeꝫ exegit ab eis vt h̄ꝛ i euā. qđ exponēs Gre. ait Quis itaqꝫ hō iſte ē niſi nr̄ redēptoꝛ ih̄s xp̄s? Rogemꝰ ⁊c̃.

Dñica decima. Sermo. cxxvj.

n

# Emo pōt di

cere dñs ih̄s niſi i ſpū ſctō. j. Coꝛ. xij. Multi ſt̄ hoīes q̊ dicūt ꝙ ſint ſui ih̄u xp̄i. ſꝫ ñ ſt̄. qꝫ dñs nō reputat eos ſuos. Oñdit āt apl̄s i ṽbis ꝓpoſit̄ q̊ ſt̄ illi q̊ poſſint dicere ꝙ ſint ſui ih̄u xp̄i. ⁊ dic ꝙ nullꝰ pōt di/ cere ih̄m xp̄m ē dñm ſuū et ſe ſuū eiꝰ niſi ſit i charitate. Vñ dicit glo. Nēo pt̄ dicere ih̄s ē dñs meꝰ. ⁊ ego ſuꝫ ſuꝰ eiꝰ niſi i ſpū ſcō. ⁊ niſi ſit i charitate qđ ē maiꝰ donū ſpūſſcti. Sciēdū aūt ꝙ mlta ſunt q̄ faciūt hoīeꝫ ſuū ih̄u xp̄i.

Primū ē obediētia q̄ ſup oīa dō pla cet. j. Reg. xv. Melioꝛ ē obediētia q̄ꝫ victime. Videmꝰ ꝙ tr̄eni ꝑncipes no lūt h̄ꝛe ſuos iobediētes. mlto magis rex celeſt̄ cui obediūt oēs creaĩe. Act. v. Magis opꝫ obedire deo q̄ꝫ hoībꝫ. Hec aūt obediētia dꝫ ꝓcedere ex cha/ ritate. Joh. xiiij. Si diligit̄ me mā/ data mea ſuate. ſ. ex charitate ⁊ dile/ ctōe. ñ ex tioꝛe ſuili ſiue coacto. Coa/ cta em̄ ſuitia ñ placēt deo. Quidā ei obediūt deo ⁊ faciūt bōa opa qꝫ timēt penā iferni. aliꝗ plagā i coꝛpe vel in re bus vł i famatiōibꝫ. ⁊ iō fugiūt pctā ex timoꝛe mag̃ q̄ꝫ ex charitate. ſi ei ſci rēt ñ eē ifernū ⁊ ſi poſſent abſqꝫ ꝑiculo coꝛpis facere mlta mala cōmitterēt q̄ ñ audēt mō facere. Iſti obediūt deo tā q̄ꝫ aſinꝰ dño ſuo. Aſinꝰ nihil opat̃ niſi flagellet̃. ſic ⁊ illi nolūt obedire deo niſi flagellēt̃ a deo ꝑ ifirmitates vł tribl̄ati ones: tūc icipiūt inuocare deū. ſic figu ratū ē. ij. Re. xiiij. i Joab q̊ noluit ve nire ad Abſalonē ⁊ obedire ei niſi ꝑus ſuccēderet ſegetes eiꝰ. tūc obediuit ⁊ q̄ ſi coactꝰ vēit. Exēplū i Paulo. q̊ ſtati ſe obedire ꝓmiſit qñ a dño flagellatꝰ fuit di. Dñe q̊d me vis facere? Sed nūc tales ſi cū Paulo i obediētia ꝑſe/ uerarēt: meliꝰ h̄ꝛent. Sꝫ pl̄es ſt̄ q̊ qñ infirmāt̃ obedire ⁊ melioꝛare ſe ꝓmit/ tūt. ſꝫ qñ ꝯualuerit manēt ſicut ꝑus. Vñ ṽ. Demō languebat bonꝰ mona chꝰ eē volebat. Sꝫ dū ꝯualuit māſit vt añ fuit. Tales ſt̄ ſil̄es Pharaōi. q̊

quotiēs flagellabaꝛ a dn̄o totiēs ꝓmi
ſit ſe obedire deo. Sed ceſſante plaga
obedire recuſabat. ⁊ ſic decē vicib⁹ pla
gat⁹ obedire noluit. ⁊ iō eū in mari ru
bro cū om̄ib⁹ ſuis ſbmerſit Exo. xiiij
Sic etiā timēdū ē de illis q̇ ī infirmi/
tate vel neceſſitate deo ⁊ ſctis aliq̇d p/
mittūt ⁊ nō reddūt cū euadunt. Exē
plū. Brito q̇dā noīe debebat quandā
vaccā cū vitlo ad foꝝ ducere. et cū eēt
ī mari ⁊ tēpeſtas maxima eēt: vouit be
ato michaeli vitulū offerēdū ſi euade
ret. ſ3 cū euaſiſſ3 dixit. Michael cu3
eſſem ī mari ꝓmiſi tibi vitulū. ſed q2
mō ſu3 ī t̄ra ⁊ ſecur⁹ nihil tibi dabo. et
ſubito venit flux⁹ maris ⁊ inuoluit eū
cū vacca ⁊ vitulo. et ſubmerſus ē. Iō
dicit p̄s. Vouete ⁊ reddite deo veſtro
Quidā ꝟo obediūt nō ex charitate ſ3
ꝓpter bona tp̄alia. q2 tādiu obediunt
deo q3diu bn̄ficiū ei⁹ ſentiūt. ⁊ ī rebus
tp̄alib⁹ pſꝑanꝛ. Tales ſunt ſic accipi
ter q̇ obedit dn̄o ſuo ꝓpꝛ eſcā. Tales
em̄ fuerūt iudei. q3diu pluit ill' de⁹ mā
na de celo ī deſerto: coluerūt eū ⁊ ſeruie
rūt ei. ſed poſtq3 ceſſauit ſuire ceperūt
diis alienis. S3 ſic m̄lti adhuc ſunt
q̇ ſeruiūt deo ⁊ dāt elemoſinas cū ſen/
tiūt ꝓſperitatē in tp̄alib⁹. ſed qn̄ imit
tit eis dn̄s aliq̄s tribulatōes vel ifir/
mitates: ſtatim murmurāt ꝯ deū. ⁊ i/
patiēter loquūꝛ dicētes. Nō poſſum
dare elȳnas. q2 dn̄s oblit⁹ ē mei. imit
tit mihi multas tribulatōnes. plura
dāna q3 alteri: q̇d feci ſibi ꝙ ita mihi
imponit dāna ꝙ me ſic flagellat Ecce
apparet ꝙ tales ſeruiūt deo ꝓpꝛ bona
tp̄alia nō ex charitate. q2 ceſſāte ꝓſꝑi
tate ceſſant a ſeruitio dei. Tales q̇ deo
ſeruiūt tm̄ ꝓ tp̄alib⁹ illos remunerat

etiā cū tp̄alib⁹. Exēplū Erat q̇dā hō
auarus ⁊ diues ⁊ nūq3 elemoſinas de
dit. ſed tn̄ habuit ſeruū vnū q̇ eo ne/
ſciēte elemoſinas dedit. Qđ cū īnotu
iſſet dn̄o irat⁹ ē. ⁊ poſuit cū ſeruo rōe3.
⁊ cu3 ꝯputaſſet inuenit oīa bona ſua
duplicata. Tūc ait dn̄s ſuo. Video
ꝙ ꝑ elemoſinā fecit mihi dn̄s augmē
tū bonoꝝ meoꝝ. ſbtrahe mihi iſto an
no duplū. ⁊ da elemoſinā pl⁹ paupери
bus q3 feciſti me neſciente vt dn̄s du
plic3 bōa mea. Quo facto anno ſu̾o
īuenit bona ſua q̄drupl icata. ⁊ ſic rece
pit mercedē tp̄alē ꝑ etn̄a. ⁊ iō tale ſer/
uitiū n̄ ē meritoriū ſ3 imꝑfectū. Qui/
dā ꝟo obediūt ex charitate ſic filii. q̇ li
cet aliqn̄ ꝑcutianꝛ a p̄re. attn̄ diligūt
ip̄m. Tales fuerūt ſcti martyres: qui
nullis adūſitatib⁹ potuerūt a xp̄o ſe/
pari Rom̄. viij. Quis nos ſeꝑabit a
charitate xp̄i. tribulatio. an anguſtia
an pſecutio. an fames. an nuditaſ. an
gladi⁹ ⁊c. q. d. Nihil ē qđ poſſit nos a
charitate xp̄i ſeꝑare. neq3 etiā mors.
Cāt. viij. Fortꝭ vt mors dilectō. imo
m̄lto fortior. q2 oē3 mortē ſupat. Ta
lis fuit Iob. cui abſtulit dn̄s omne3
ſba3 ſuā. liberos ⁊ corpis ſanitatē. ita
ꝙ ī ſterquilinio iacēs teſta ſaniē rade/
bat. ⁊ tn̄ dicebat. Etiā ſi occiderit me
tn̄ ſꝑabo ī eū. Hāc igiꝛ obediētia3 hr̄e
debem⁹ ſi ſui dei eē volum⁹. Debem⁹
etiā hr̄e hūilitatē qđ ē ſcđm ꝓncipale
Nā nō decet dn̄m hūilē hr̄e ſuū ſuꝑ/
bū. Matt. xj. Diſcite a me q2 mitis
ſu3 ⁊ hūilꝛ corde. Lu. xvij. Cū oia bn̄
feceritꝭ dicetꝭ. ſerui inutiles ſum⁹ Vn̄
legiꝛ Ioh. xiij. qn̄ dn̄s lauit pedes di
ſcipuloꝝ ſuoꝝ dixit. Scitꝭ q̇d fecerī3
vob̄ ego dn̄s ⁊ mgr̄ vr̄. vos vocatꝭ me



111

migr̄ ꝛ dñe ꝛ bñ dicitis: ſuz eteni. Si ego laui v̄ros pedes: et vos alt̄ alteri⁹ debetꝫ lauare pedes. i. op⁹ hūilitatꝫ vob exhibui. ita ꝛ vos faciatꝫ. Ber. Intolerabil̄ prudētie ē. vt vbi ſe dn̄s maieſtatꝫ exinaniuit: iſlet̄ vmicul⁹ ſupbia ꝛ ↄtumeſcat. Idē i epl̄a Fortitudo vite fūdamētū hūilitatꝫ ꝛ pueniens ad faſtigiū charitatꝫ. vis celſitudinē capere dei: cape pus hūilitatꝫ exēplū xp̄i. In ſignū hui⁹ rei dr̄. j. Re. xvj. ꝙ Iſai adduxit. vij. filios ſuos. de q̄bꝫ dixit ſamuel. Nō elegit dn̄s ex his Cui Iſai Adhuc reliqu⁹ pu⁹ ē q̄ paſcit oueſ. Ille fuit dauid. Quo vocato dixit dn̄s ad ſamuelē. Surge ꝛ vnge ip̄m in regē. Ecce ꝙ hūiles elegit ſibi ad ſeruiēdū. Dicit̄ aūt ibi ꝙ tres frēs noīati fuerunt reprobati. vicꝫ Elyab. aminadab ꝛ ſamaa. Quidā ſupbiūt pctm̄ ſuū ñ curātes: dicētes. De⁹ ē pr̄ me⁹ ꝛ ego fili⁹ ſu⁹. quō poſſꝫ me dānar̄ Iſti ſignificāt̄ p elyab q̄ interp̄tat̄ pr̄ me⁹ ꝛ de⁹ me⁹. Et tali ſupbia peccauit adā q̄ putauit ſe tāti pcī̄ eē apd̄ deū ſm ſententiā bt̄i Auguſtini ſup Gen̄. ꝙ ppter comeſtiōꝫ vni⁹ pomi nō intraret aliquā penā. ꝛ ꝙ de facili poſſꝫ ↄſeq̄ veniā. Supbiūt q̄dā nolētes deo obedire. de q̄bꝫ dicit Job. Iſti ſunt rebelles ꝛc̄. Iſti ſignificāt̄ p aminadab q̄ iterp̄tat̄ ppl̄s ſpōtane⁹. q̄ ſilr̄ a deo reprobātur. Quidā ſupbiunt nullū parē hr̄e putātes nec volētes. q̄ ſignificāt̄ p ſamaa. q̄ īterp̄tat̄ pditio ei⁹ Qd̄ certiſſime pꝫ i ſpūali creat̄a q̄ ſup deū extollere ſe volebat. ſꝫ dr̄ ei p pphetā. Uerū tn̄ ad īfernū detraheris. Hugo Sup lunā i celo nata ē. ſꝫ imēoꝛ q̄ſi via vn ceciderit illuc redire poſtea nō potuit.

v

Terciū ē ꝙ q̄ vult eē v̄u⁹ xp̄i debet eſſe mūd⁹. i. caſt⁹. In cui⁹ ſignū dr̄ Dan̄. j. ꝙ Nabuchodonoſoꝛ rex p̄cepit eligi pueros de filijs iſrl̄ q̄ eſſent ſine macula ꝛ decoris forme. q̄ ſtarēt i palacio ſuo ꝛ ſibi miſtrarēt. In q̄bꝫ pueris notat̄ q̄lis debeat eē caſtitas v̄ui dei. Primo dꝫ eſſe mūda p integritatez ꝛ ſine macula corpis ꝛ aīe. qꝛ ſm. b. Hiero. Nihil pdeſt v̄gineā hr̄e carnē ſi quis cū mēte nupſerit. Scd̄o dꝫ eē decora. id ē ornata v̄tutibꝫ. qꝛ ſm bt̄m Gre. nec bonū opus valꝫ ſine caſtitate. nec caſtitas ſine bono ope. Tercio ſpālit̄ dꝫ eē ornata v̄ecūdia. qꝛ v̄ecūdia dꝫ eē comes caſtitatis. eo ꝙ p eā ↄſeruat̄ Un̄ Eccl̄i. xxvj. Gr̄a ſup grāꝫ mulier pudica caſta ꝛ ſctā. Quarto dꝫ eē ornata vt p amore dei ſeruet̄. qd̄ ſignificat̄ p pueros iſtos. Debet eſſe puer caſtus ꝛ pur⁹ i intentōe. nō ſic fatue v̄gines q̄ q̄ſierūt hūanā laudē i ſua caſtitate. De q̄bꝫ Gre. Dū gl̄iaꝫ foris appetūt i vaſ̄ ſuis oleū hr̄e noluerīt. De q̄ꝝ nūero fuit filia iepte q̄ dolēs i v̄gitate vitā finire i duobꝫ mēſibꝫ p mōtes cū ſoroꝛibꝫ ābulās v̄ginitatē ſuaꝫ defleuit. Jō ſm Ber. i epl̄a differt hō pudicus ꝛ angelus. nō v̄tute ſꝫ felicitate. ſi ſit illi⁹ caſtitas felicioꝛ. hui⁹ tn̄ fortioꝛ eſſe coḡſcit̄. Idē. Caſtitas ſine charitate ē lāpas ſine oleo. ſubtrahe oleū ꝛ lāpas nō lucet. tolle charitatez ꝛ caſtitas nō placet. Rogemus ꝛc̄.

De eodem. Sermo. cxxvij.

# Idēs ieſus

ciuitatē fleuit ſup illā Luc̄. xix. Gre. Ois xp̄i actō nr̄a

eſt inſtructio. Jn h̄ em̄ legit̄ xp̄m ſepi⁹
fleuiſſe et nūq̄ȝ vel raro riſiſſe. ſic dicit
Aug. docēs nos in h̄ mō͛ pōti⁹ debere
flere q̄ȝ ridere vl̄ gaudere. Dēm⁹ aūt li
bēt̄ flere ꝑp̄t ml̄tiplicē lacrīaꝝ vtilita/
tē. Pria vtilitas ē. q̄ lacrīa aīam la
uat qn̄ ꝑ pcm̄ ē denigrata facies eius
Tren. iiij. Denigta ē ſup carbōes faci
es eoꝝ. i. ꝯſcia pctōꝝ. Qn̄ carbo eſt ig
ne⁹ tūc ē cādēs. qn̄ extiguit̄ tunc niger
efficit̄. ſic aīa amore dei ignita pulcra
ē ⁊ lucida. ſ;ȝ q̄ d͛r Cāt. iiij. Tota pul
cra es amica mea ⁊c̄. Sȝ qn̄ ignis cha
ritatis ꝑ pcm̄ extinguit̄: tūc nigra ef/
ficit̄. Si aūt fuerit lota aq̄ lacrimaꝝ
ſup niueȝ dealbat̄. p̄s. Lauabis me et
ſup niuē dealbabor. Jſta aq̄ lauit ma/
ria magdalena maculas aīe ſue qn̄ la
crimis pedes dn̄i rigauit. Cū aq̄ iſta
lauabat ſe petr⁹ qn̄ poſt trinā negati/
oneȝ recordabat̄ v̄boꝝ xp̄i. ⁊ egreſſus
foras fleuit amare. vn̄ Gre. Macu/
las cordis ſui aſperit lauādo ad fon/
teȝ miſc͞die cucurrit. ſ. xp̄m. Amb. O
petre q̄d tibi ꝓfuerūt lacrime vite tue
doce me: Sed docuiſti ilico. nā q͛ la/
pſus es an̄q̄ȝ fleres: poſtq̄ȝ fleuiſti ele/
ctus es vt alios regeres. Greg. O pe
tre apl̄e lacrime tue q̄ abluūt pctā gra
dū reſtituūt. ⁊ maximā iram p̄mūt. ⁊
maiora ꝓmittūt. De iſt; lacrimis dic
btūs Aug. Penitēs q̄cq̄d ſordis p⁹
baptiſmi purificationē ꝯtraxit: optet
vt abluat ſaltē lacrimis mentis. Jſta
aq̄ lacrimaꝝ figurata ē ꝑ mare eneū i
q̄ igreſſuri i templū ⁊ tabernaculū la/
uabāt pedes ⁊ man⁹. Sic q̄ volūt in
trare tēplū celeſte: debēt lauare illa aq̄
lacrimaꝝ man⁹. i. opa. ⁊ pedes. i. affe
ctiōes. Ber. Exite lacrīe exite. aꝑiant̄

cataracte miſeri capit; mei. ⁊ n̄ erum/
pēt gutte lacrīaꝝ ſȝ flumīa: ſi forte ſuf
ficiāt abluere pctā quib; irā dei merui
Aug. Si tot⁹ v̄tar in fletū: nō vt ſint
gutte lacrīaꝝ. ſȝ abūdātia flumīs. di
gne tn̄ n̄ potero flere. cū tāta ſint ma/
la mea vt oēm dolorē ſua mutant ma
gnitudīe Scd͛o lacrime impetrāt a
deo q̄cq̄d volunt. Hiero. Orō deuȝ le
nit. lacrima cogit. tergit ⁊ impetrat et
ſupplicat. Vn̄ dū Ezechias deū ꝓ vi
ta ſua oraſſet: dictū ē ei. Ecce vidi la/
crimas tuas ⁊ ſanaui te. ⁊ adijciā die
bus tuis q̄ndecim ān̄os Jſa. xxxviij
⁊. iiij. Re. xx. Cū anna oraret ⁊ fleret
exaudita ē orō ei⁹ a dn̄o. ⁊ dedit ei fili/
um noīe ſamuel. j. Re. j. Thobias ⁊
ſara orauerūt cū lacrimis: ⁊ exaudite
ſunt p̄ces eoꝝ Thob. iij. Tercio la/
crime diabolū ⁊ ei⁹ tēptatōes fugant.
Gre. Flāmas malaꝝ ſuggeſtionū ci
ti⁹ extiguit vnda lacrīaꝝ. Qn̄cūq̄ȝ vi/
det hō accēdi domū ſuā igne male cō/
cupiſcētie d;ȝ redire ad aquā lacrīaꝝ ⁊
extiguere. Aq̄ lacrimaꝝ ē ſic aq̄ bn̄di
cta. Sic eni aq̄ bn̄dicta fugat diabo
lū de tēplo materiali. ſic aq̄ lacrīaꝝ de
tēplo ſpūali. i. aīa. Hoc figuratū eſt
Exo. xiiij. vbi d͛r q̄ Pharao ⁊ exerci/
tus ei⁹ q̄ ꝑſeq̄bant̄ filios iſrl̄ ſubmerſi
ſunt i mari rubro. Per pharaonē ⁊ ex
ercitū ei⁹ ſignat̄ diabol⁹ cū oīb; ſuis
ſuggeſtionib;. qui ꝑſequit̄ iſrl̄. i. ſctōs
hoīes deū ꝯtēplātes. ille ſubmergit̄ i
mari rubro. i. vincit̄ ꝑ aquā lacrimaꝝ
⁊ ꝯtritōis ſp̄ Quarto lacrima letifi
cat angelos. Bern̄. Delicie āgeloꝝ ſc̄
lacrime penitētiū. Dicit̄ etiā Lu. xv.
q̄ gaudiū eſt angel̄ dei ſup vno pctōre
pn̄iaȝ agēte. Exemplū in filio ꝓdigo

ad cuiꝰ pniam icepit pr̄ cū ſeruis ſuis epulari ⁊ gaudere Lu.xv. Quinto lacrime mentē hūiliāt. Prouꝰ.xij. Meror ī corde iuſti hūiliabit eū. Et hūilitas ē aq̄ductꝰ p quē lacrime defluūt. ⁊ illu3 conaꝛ diabolꝰ obſtruere. Judith vij. pcepit holofernes icidi aq̄ductū Jpa ē valꝛ ad quā deſcēdūt aq̄ lacriaꝝ Job.xij. Si ꝯtinuerit aq̄s. oīa ſiccabūtꝛ. Sexto aq̄ lacriaꝝ regnū celoꝝ q̄i q̄dā vi obtiet. Mat.xj. Regnū celoꝝ vim patiꝛ ⁊ violēti rapiūt illud. Glo. Regnū celoꝝ vi patiꝛ. cū pctōr ad illō tāq3 ad locū alienū intrat p penitētiā. Glo. Regnū celoꝝ vult capi nr̄is fletibꝫ q̄ō nr̄is meritis nō debeꝛ. Ber. O hūilꝰ lacria tuū ē regnū. añ faciē iudicꝭ itrare ñ vereꝛꝭ. ſola ſi itraueꝛꝭ q̄cq̄d petieꝛꝭ ipetrabꝭ. Inimicꝭ accuſantibꝫ ſilētiū iponis. ⁊ nūq3 ab ore iudicis ſniā3 rapis. q̄d plaꝛ vincꝭ inuicibilē ⁊ ligas oīpotētē. Septio lacrime orōnes deo acceptabiles faciūt. Thobie.xij. dixit angelꝰ ad Thobiā. Qñ orabas cū lacrimis obtuli orōe3 tuā dño. Jſtud figuratū ē Leuiꝛ.v. ⁊.xij. Offerebat vnuſquiſq3 duos turtureſ aut duos pullos colūbarū dño. Colūba gemitū p cātu hꝫ. Columba ſꝭ dño offert q̄ cū lacrimis ⁊ gemitu cordis aīa3 deo ſuire facit. Has ꝟo lacrimas ſi nō habemꝰ debemꝰ petere a deo. Jn cuiꝰ figurā dr̄ Nu.xx. q̄ cū filij iſrlꝛ trāſirēt p deſertū ⁊ nō hr̄ent aqua3: dixit moyſes ad dñm. Dñe exaudi clamorē ppli huiꝰ. et api eis fontē aq̄ viue. ⁊ pduxit eis aqua3 de petra vt ipſi biberēt ⁊ iumēta. Per filios iſrael intelligūꝛ fideleſ. q̄ debēt clamare ad dñ3 vt apiat eis fontē lacriaꝝ de petra. i. de xpo. ⁊ de duricia cordis ſui. vl' vt mitꝛtat eis aquā grē vt bibāt ⁊ ipſi ⁊ iumēta. Legiꝛ Gen.xxvij. q̄ Eſau audiēs q̄ amiſit bñdictō3 fleuit eiulatu magno. ⁊ Jſaac miſcdia motꝰ dixit ad eū Jn pinguedine terre ⁊ i rore celi deſup erit bñdictio tua. Per Jſaac itelligiꝛ deꝰ. q̄ vidēs flentē eſau. i. pctōrē. ppꝛ perditionē grē. miſcdia motus dixit. Jn pinguedine terre. i. ī diuitijs eternis. et in rore celi. i. ſpūſſancti gratia. erit tua bñdictio. Rogemus ⁊c.

## Dñica vndecima. Ser.xxviij.

CHriſtus mortuus eſt p peccatiſ noſtris. j. Coꝝ.xv. Jn verbis iſtis reducit nobis apl's ad memoriā paſſionē dñi noſtri ihū xp̄i ne eā obliuiſcamur: ſed in ꝯtinua mēoria habeamꝰ.

Sciedū aūt q̄ tria ſunt q̄ debēt nos incitare ad recolendū xp̄i paſſione3.

Primū ē ſi ꝯſideremꝰ cām ipſiꝰ paſſionis. Que aūt ſit cā tangiꝛ in ꝟbis ppoſitis. ſ. p pctis nr̄is paſſus ē Jſa. liij. Jpſe eñ vulneratꝰ ē ppter iniquitates nr̄as. Ber. O amātiſſime iuuenis quid ꝯmiſiſti q̄ talia pateris. q̄ō ſcelus tuū. q̄ culpa tua. que cauſa tue mortis: Ego ſum cā tue mortis. ego occaſio tue occiſiōis. me cōcupiſcētia illicita traxit ad arborē. te pfecta charitas traxit ad mortē. Fidelꝰ eſſet dñs et merito diligēdus q̄ ſeipm in mortē daret p ſeruo ſuo qui furtū ꝯmiſiſſet. Hoc fecit xp̄s. Nos peccaueramus ⁊ morti adiudicati eramus. et xp̄s ſe p nob ſuſpēdi pmiſit. p̄s. Que ñ rapui tūc exoluebā. Merito talē fidelitatē

ↄtinue recordari debemus. Ecc̄i. xxix. Gr̄az fideiuſſoꝝ tui ne obliuiſcarꝭ. ſ. xp̄i. dedit ei aīaz ſuā ꝑ te. Aug⁹. Laudem⁹. amem⁹. adorem⁹ dn̄m nr̄m ieſum xp̄m. qm̄ ꝑ mortē ipſi⁹ de tenebrꝭ ad lucē. de morte ad vitā vocati ſum⁹ ꝛ de luctu ad gaudiū. Et ſic p₃ cā ſue paſſiōis. ſ. pctā nr̄a. Scd̄o dēm⁹ recordari xp̄i paſſiōꝫ ꝑpᵗ ei⁹ paupꝫtatē. Ad qd̄ nos monet ſacra ſcṗtura i mlᵗ tis locꝭ Treñ. iij. Recordare paupꝫtatis mee: quā. ſ. ꝑ te ſuſtinui o hō. ꝛ nō ſolū i paſſiōe ſꝫ i oīb₃ dieb₃ vite mee. Ps. Paupꝫ ſuz ego ꝛ i laborib₃ a iuuētute mea. Paupꝫ fuit i natiuitate. q̄ꝛ hoſpitio caruit. i diuſorio nat⁹. in pſepio recliat⁹. vilib₃ pānis circūuolut⁹ Itē paupꝫ fuit oīb₃ dieb₃ vite ſue adō q̄ n̄ h̄ret vn̄ cēſuz ſoluere potuiſſꝫ. Itē i morte adeo paupꝫ fuit q̄ nō habuit vbi caput ſuū reclīare poſſꝫ. Luce. ix Uulpes foueas h̄nt ꝛ volucres celi nidos. fili⁹ aūt hoīs n̄ h₃ vbi caput ſuum reclinet. Itē adeo paupꝫ fuit q̄ nudꝰ i cruce pependit. Job. j. Nud⁹ egreſſus ſuz de vtero mr̄is mee. nud⁹ reūtar illuc. Itez adeo paupꝫ fuit i amicis q̄ oēs amici eius dereliq̄rūt eū. Job. xix Frēs mei ſe elōgauerᵗ a me ꝛ noti mei q̄ſi alieni receſſerūt a me. ꝛ dereliq̄rūt me ꝑp inq̄ mei. Iſa. lxiij. Circūſperi ꝛ nō erat auxiliator. Et q̄zuis aliq̄ adeſſent. ſ. Maria. iohēs ꝛ alij. tn̄ i nullo auxiliuz ei p̄bere potuerunt. Iſa. lxiij. Queſiui et n̄ erat qui adiuuaret me.

Tercio dēm⁹ recordarᵗ paſſiōꝫ xp̄i ꝑpᵗ mltas vtilitates ſiue effect⁹. Prima vtilitas ē q̄ ꝑ mortē ſuā ſanati ſum⁹. Iſa. liij. Liuore ei⁹ ſanati ſum⁹. i. ſanguis ſui effuſiōe Berñ. Mittitᵗ fili⁹ virgīs. fili⁹ altiſſimi iubetᵗ occidi. vt vulnera nr̄a p̄cioſo ſanguis ſui balſamo mederenᵗ. Aug. Magn⁹ ad nos vēit medicus. q̄ꝛ vbiq₃ i mūdo iacebat egrot⁹. Oēs ei vulnerati fuim⁹ vulnere mortifero ex pctō ꝛ delectatiōe p̄mi hoīs. ſꝫ xp̄s nos ſanauit ſua morte et dolore. ꝛ h̄ ↄtinue i mēoria habeam⁹. Nu. xxj. dr̄. q̄ moyſes erexit ſerpentē eneū. ex cui⁹ intuitu ſanabāᵗ filij iſrlᵗ a morſib₃ ſerpētū. ſic hō ꝑ xp̄i paſſiōis ītuitū ſaluabiᵗᵘ a morſib₃ demonū Jō dr̄ Ecc̄i. xxxviij. Altiſſim⁹ de t̄ra. ſ. corpis ſui fecit medicinā Un̄ mōet nos b. Aug⁹. O hō cogita q̄ztū te dilexit de⁹ tu⁹ vt veſtigia ei⁹ ſeq̄rꝭ. ꝑ te vulnerat⁹ ē vt te ſanaret. ꝑ te mortu⁹ ē vt te a morte ſuſcitaret Secūda vtilitas paſſiōis xp̄i ē pacꝭ reformatio. Nā ꝑ ſanguinē ſuū reformata ē pax inᵗ deū p̄reꝫ ꝛ pctōrē. q̄ nūq̄ꝫ reformari potuit i q̄nq̄ꝫ milib₃ annoꝝ. Apl̄s Ro. v. Cū inimici eſſem⁹ recōciliati ſum⁹ deo p̄ri ꝑ mortē filij ei⁹. In cui⁹ ſignū p⁹ reſurrectōeꝫ ei⁹ cū ip̄e appareret diſcipulꝭ ſuis annūciauit eis pacē di. Pax vob̄. nolite timere. ꝛ oñdit eis man⁹ ꝛ pedes et lat⁹ de q̄b₃ ſanguinē fuderat i pacꝭ reformatōꝫ. Cōſuetudo erat q̄n dā apd̄ antiq̄s q̄ i ſignū pacꝭ fuderᵗ ſanguinē aīalᵗ. ad deſignādū q̄ q̄ illaꝫ pacē frāgerꝫ illi⁹ ſanguis eēt effuded⁹ Sꝫ xp̄s ꝑ reformatōe pacꝭ n̄ effudit ſanguinē aīalᵗ ſꝫ ꝑpriū ſanguinē. vꝫ q̄ dicit apl̄s Heb. ix. q̄ ꝑ ꝑpriū ſanguinē itroiuit ſel̄ i ſctā ſcōꝝ vt nos deo p̄ri recōciliaret. Fiebat etiā pacꝭ reformatio ꝑcuſſiōe manuū apd̄ antiq̄s. Jō xp̄s p⁹ reſurrectiōꝫ appuit diſcipulis man⁹ ꝛ lat⁹ oñdēdo Tercia vtilitas

paſſiõis xp̄i ē. qꝫ p̱ mortē eius liberati
ſum⁹ a p̄tate diaboli. ⁊ reducti ī here/
ditatē filij dei. Col. j. Eripuit nos de
p̄tāte demonū ⁊ tranſtulit nos ad re/
gnū filij dei. Exemplū. Puella q̄dā p̱
violētiā a quodā rege eiecta fuit d̄ he
reditate p̄ris ſui. q̄ cū nullū adiutorē
inueniret ī terra ſua. q̄ſiuit ī terra alie
na. Venit aūt quidā adoleſcēs adue
na inicēs bellū p̱ ea tali pacto qꝫ ſi ī bel
lo moreret᷑: ipſi⁹ arma tenere deberet in
camera ſua vt ill' viſis ſp̄ h̄ret memo/
riā ipſius. ⁊ nullū aliū duceret. ⁊ ſi in
ſtaret ei⁹ cōſanguinei qꝫ deberet ducere
aliū. r̄ndere deberet qꝫ ſup̱ h̄ vellꝫ ſe de
liberare. ⁊ tūc īrare cubiculū ⁊ reſpice
re arma ei⁹ cruētata. ⁊ recordari ſui vt
aliū nō recip̱et viꝝ. et ſic factū ē. Per
puellā totū gen⁹ hūanū ſignificat᷑ q̄d
p̱ ſuggeſtionē diaboli hereditatē ſuāꝫ
dimiſerat. ⁊ in toto mūdo nō inuenit
adiutorē Eccl. lj. Aſpiciēs ī adiutori
um hoim ⁊ n̄ erat. Tūc vēit q̄dā ado
leſcēs de alienis p̱tibꝫ. i. xp̄us de celo de
ſcēdēs. ⁊ formā ſui accipiēs pugnauit p̱
nobis ⁊ vicit. Apoca. v. Ecce vicit leo
de tribu iuda. ita vt p̱ mortē ſuā here
ditatē quā p̱dideram⁹ recup̱aret. ſm̄
qꝫ d̄r Deut. iiij. Moyſes ſep̱auit tres
ciuitates refugij. quarū vna tal' erat.
Si q̄s aliquēꝫ occideret: refugiebat
ad aliquāꝫ illaꝝ. ⁊ ibi a ꝯſanguineis
occiſi ſecur⁹ fuit. ⁊ nō audebat exire ci
uitatē illā ⁊ redire ī domū ſuā niſi poſt
mortē ſummi pōtificis. Moral' ho/
micide eram⁹ q̄n p̱prias aīas p̱ pc̄tm̄
occideram⁹ Jō expulſi ſuim⁹ d̄ domo
⁊ hereditate nr̄a. ſ. de p̱adiſo. ⁊ eiecti ī
exiliū hui⁹ mundi. ⁊ redire nō potera
m⁹ niſi mortuo ſummo ſacerdote. i.
xp̄o. In hui⁹ ſignū dixit latroni. Ho
die mecū eris in p̱adiſo. Nos igit᷑ mē
bra ei⁹ cruētata arma. ſ. crucē. lanceā.
clauos et flagella ī cubiclo cordis nr̄i
reponere debem⁹. ⁊ fidelitatꝫ ipſi⁹ nūqꝫ
obliuiſci. nec aliūꝫ ſpōſum aīe nr̄e ſibi
p̄ponere debemus. Rogemus ⁊c̄.

De eodem. Sermo. cxxix.

Qui ſe exal⸗
tat hūiliabit᷑ Lu. xiiij. ⁊ x/
viij. In h̄ euāgl. pꝫ qꝫ dā
nabilis ſit ſup̱bia. iō fugiēda. Sciē
dū aūt qꝫ duplex ē ſup̱bia. ſ. interior ⁊
exterior. Interior ē quadruplex. Pri
ma ē q̄n hō credit ſe h̄re bona ſua a ſe
ipſo ⁊ nō a deo. ſicut ille q̄ gl'iat᷑ ī bonis
ſuis ī potētia vel ſap̄ia ſua. Cōtra q̄s
dicit ap̄ls. j. Coꝝ. iiij. Quid h̄es q̄d
nō accepiſti a deo. ſi ȧ accepiſti quid
gl'iaris q̄ſi nō accepis. Quātū deo diſ
plicet iſta ſup̱bia pꝫ ī Dauid. q̄ poſt/
qꝫ multa bella pugnauerat ⁊ ſp̄ triūpha
uerat. putabat qꝫ de multitudie ppl'i
hunc triūphū h̄ret. ⁊ nō de adiutorio
dei. ⁊ lapſus ē ī ſup̱biā. ⁊ fecit pp̄lm ſu
um nūerari. q̄d intātū diſplicuit deo
qꝫ occidit vno die a mane vſqꝫ ad ve/
ſp̱erā ſeptuaginta milia viroꝝ. Nota
hyſtoriā. j. Paral'. xxj. Iſtā ſup̱biam
habēt oēs ingrati: q̄ nō referūt deo g̃ti
as de bōis collatis. Talibꝫ ſepe ſbtra
hit dn̄s grāꝫ quā dederat. Ber. Ing̃/
titudo ē vēt⁹ vrēs exiccās fontē pieta
tis diuīe. rorē mīe. feruorē grē. Greg.
Nō ē dign⁹ dādis q̄ nō refert grās de
datꝫ. ⁊ q̄ grās de receptꝫ fecerit maiorē
grāꝫ req̄ret. Exēplū. Quidā vir ſcūs
multū tēptabat᷑ a ſpū fornicatōnis. ⁊

cū āpli⁹ reſiſtere n̄ poſſ3 i orō3 ſe pſter
nēs dixit. Dn̄e ihu xp̄e gr̄as tibi refe/
ro de oib⁹ bn̄ficijs mihi collatꝭ. ⁊ reco
gnoſco me nihil hr̄e niſi de tua gr̄a et
miſcōia. ⁊ ſcio ꝙ a memetipo nō poſ/
ſu3 āpli⁹ reſiſtere huic tēptatōi. vn̄ ro
go vt mihi tua gr̄a ſbueniat. ⁊ ſtatim
oīs tēptatio ceſſauit. Ecce q3 hūil' fu/
it. ⁊ a deo ſe oīa hr̄e cog̃uit. iō dei gr̄am
meruit. Scōa ſupbia interior ē qn̄
hō recognoſcit ſe oīa hr̄e a deo q̄ h3. ⁊
tn̄ ſibi videt' ꝙ hēat de meritꝭ ſuis. ⁊ ꝙ
bn̄ dign⁹ ſit hr̄e talia. ⁊ h̄ ē mag̃ ſtulti
cia. q2 quicq̇d boni facere poſſum⁹ ni/
hil eſt reſpectu illius qd̄ dn̄s ꝑ nobis
fecit. Bern̄. Quia refeciſti me qn̄ ꝑie
rā debeo iterꝫ me tibi totū. in p̄mo me
fecit ⁊ ſcōo refecit. debeo ſibi bis. q̇d g̃
retribua3 ei ꝙ ſeip̄m mihi dedit. Nā
ſi milleſies me ip̄ēdere poſſem adhuc
nihil eēt. q̇d g̊ ſum ad deū. Patet g̃ ꝙ
oīa opa noſtra nihil ſunt reſpectu bn̄
ficij qd̄ deus nob⁹ ꝯtulit in h̄ ꝙ creauit
nos ⁊ redemit. Itē nihil ſunt reſpectu
p̄mij qd̄ nob̄ ꝑmittit. Ber̄. Nō ſunt
talia bona nr̄a vt ꝑpter ea vita eterna
nobis exiure debeat. Quid ei ſunt me
rita nr̄a ad tantā gloriā. Grego. Se
pe etiā nr̄a iuſticia ad examē diuie iu/
ſticie deducta iiuſticia ē. ⁊ ſordet in cō
ſpectu iudicis qd̄ fulget i eſtimatione
oꝑantꝭ. Ber̄. Vapulare ſane cū male
oꝑarꝭ vt v̇bera ꝯputent' i merita. forte
de⁹ miſerebit' flagellato q̇ i me n̄ iuenit
meritū qd̄ remuneret'. Exemplū hui⁹
habēm⁹ i natura. Veſica ē pellicula te
nuis q̄ ad modicu3 ventū inflat' et ſi
due vel tres imponant' fabe horribilē
faciūt ſonu3. Si aūt acu pungat' ad
nihilū redigit'. Sic etiā q̇dā qn̄tūcū

q3 ꝑuo mūere ditāt' a deo. tn̄ inde ma/
xime inflāt'. ſi a deo modica ꝯpūctiōe
.i. infirmitate pūgunt': tūc ad nihilū
rediguut'. Tercia ſupbia iterior ē cū
q̇s iactat ſe hr̄e qd̄ nō h3. de quib⁹ dr̄
Iſa. v. Ve q̄ ſapiētes eſtis i ocul' vr̄is
⁊ corā vobiſmetipſis prudētes. Pro
uer. xxvj. Vidiſti hoīe3 ſapiētē ſibi vi
deri: magis illo ſpem hēbit inſipiēs.
Iſti peiores ſunt cec̄. Ceci cog̊ſcūt ce/
citatē ꝑpriā lic3 alia nō cog̊ſcant. ſed
iſti ꝑpriā cecitatē ⁊ ignorantiā n̄ cog̊
ſcūt. videt' tn̄ eis ꝙ ſint ſapiētes cum
ſint fatui. ⁊ putāt ſe aliq̇d eē cū tn̄ co/
rā deo nihil ſint. Iſtud viciū habuit
phariſe⁹ dicēs. Gr̄as tibi ago q2 nō ſu3
ſic̄ ceteri hoim ⁊c̄. Nota ꝑabolā Luc.
xviij. Putabat ſe iuſtū cū tn̄ nō eſſet.
Sic adhuc multi ſunt nimis p̄ſumē
tes d̄ gr̄a eis data. Exēplū hui⁹ legit'
Leuit. j. ꝙ p̄ceptū erat offerri veſica3
ꝑpe altare ad plagā oriētalē i oblatōe
ouiū ⁊ alioꝝ aīaliū. Cui⁹ rō ē b3 aug.
q2 ꝑ veſicā itelligit' ſupbia q̄ etiā bo/
nis operib⁹ inſidiat' vt pereāt. ⁊ maxīe
in ꝯtēplātib⁹. Et iō qn̄to maiora ſūt
opa tāto magis cauēdū ē d̄ vana glo
ria. Quarta ſupbia iterior ē qn̄ ali/
q̇s reputat ſe ſanctiorē vel ſcientiore3
alijs. Ber̄. Noli te ꝯpare maiorib⁹
noli minorib⁹. noli eq̄lib⁹. noli te vel
vni vl' nemi. n̄ reputes te dico. ſ3 nec
ꝯpare p̄ſumas. Quare: q2 neſcꝭ q̄lis
ſit ille futur⁹ et q̄lis tu. licet em̄ ꝑrim⁹
tu⁹ ſit homicida. pctōr. ſaracen⁹ et iu/
de⁹ i pn̄ti. forte iā i dei ꝑuidētia pōt eē
de nūero ſaluādoꝝ. Vn̄ licet etia3 mō
tu es bon⁹: neſcis tn̄ vtꝝ i p̄ſcientia dei
ſis de nūero dānādoꝝ. Eccs. ix. Sūt
iuſti atq3 ſapientes: ⁊ opera eorum in

manũ dei. ⁊ tñ neſcit hõ vtꝝ amore vl'
odio ſit dign⁹. Multi ẽi ſt̃ q̃ viuũt i
mag̃ caſtitate vite ſue. ⁊ tñ ñ ſt̃ de nũe/
ro ſaluãdoꝝ ⁊ ecõtra. Legit̃ i vita ſpa
trũ ꝙ q̃dã latro venit ad q̃ndã here/
mitã. Require i ſer. Stipendia pcti
moꝛs ⁊c. Supbia exterioꝛ ↄſiſtit i mł/
tis. Prio i ſupbo ⁊ ſupfluo oꝛnatu ve
ſtimẽtoꝝ. i edificijs põpoſis. ⁊ i mag̃
põtẽtia. Di. iiij. Re. ix. ꝙ Jehu venit
ad iezabel. q̃ audito iezabel depixit ſe
ſtibio. ⁊ oꝛnauit ſe veſtibꝫ p̃cioſis ⁊ ca
putſuũ. ⁊ aſcẽdẽs turrĩ pſpiciebat p
feneſtrã. quã cũ vidiſſꝫ Jehu iuſſit eã
p̃cipitari. qđ ⁊ factũ eſt. ⁊ ſic ↄculcata
eq̃ꝝ vnguibꝫ interijt. Per Jezabel aĩa
ſupba intelligit̃ q̃ oꝛnat ſe veſtibꝫ vt
ab hoibꝫ pl⁹ amet̃ ⁊ honoret̃. ⁊ aſcẽdit
turri ſupbie alios cõtẽnẽdo. ⁊ reſpicit
p feneſtrã ſe oñdendo. quã cũ viderit
Jehu. i. de⁹. mãdat eã p̃cipitari de tur
ri. i. de ſupbia vł' de ſupba vita. p ſuos
ſuos. i. ãgelos ſctõs. q̃ cadẽs i trã. i. i
ifernũ ↄculcat̃ p eq̃s. i. demões. ⁊ ſic in
terit. Cõtra hãc ſupbiã. ſ. ſupfluũ oꝛ
natũ poſſum⁹ accipe exẽpla. Prio i p̃
mis pentibꝫ. q̃bꝫ fecit dñs tũicas de
pellibꝫ aĩaliũ moꝛtuoꝛũ. vt ſp cogita/
rẽt ſe eẽ moꝛituros. potuiſſꝫ ẽi eis fecĩſ
ſe veſtes de ſcharlaco: vł' aĩs valde no
biles. ſ. ſerico. ſꝫ noluit. Exẽplũ i iohẽ
baptiſta q̃ habuit veſtimẽtũ de piſ' ca
meloꝝ. Itẽ de. b. ꝟgine: q̃ vt dic̃ Criſ.
ſup Mat. vix habuit vnã tunicã. ñ
ad oꝛnatũ coꝛpis: ſꝫ ad tegumẽtũ nu
ditatis. Mag̃ fatuitas ẽ ꝙ hõ ſtudet
oꝛnare coꝛp⁹a ꝟmibꝫ coꝛrodẽdũ. et ñ
aĩaꝫ eternalr̃ victurã ⁊ nũq̃ꝫ moꝛiturã
Sꝫ heu młti ſtudẽt pl⁹ oꝛnare extio/
ra q̃ꝫ iterioꝛa. ſ. dom⁹ ſuas q̃ꝫ aĩaꝫ ſuã

Exẽplũ legit̃ de q̃dã rege q̃ fec̃ magnũ
ↄuiuiũ cãctis p̃ncipibꝫ ſuis. et ñ erat i
domo ſua angul⁹ q̃n eẽt purpura coo
pt⁹. ⁊ fuit q̃dã phs iuitat⁹. q̃ cũ vellꝫ
expuere: circumſpexit vndiq̃ꝫ. et vidit
oẽs parietes oꝛnatos ſerico: ⁊ pauim
tũ tapetibꝫ. ⁊ nõ hñs locũ vbi expuerꝫ
expuit i faciẽ regis iuxͣ quẽ ſedit. Cũ ſer
ui vellẽt irruere i eũ: nõ pmiſit rex. ſed
queſiuit q̃re h̃ feciſſꝫ. Qui ait. Uidi
oĩa loca purpura ⁊ auro oꝛnata. ⁊ nõ
iueni locũ imũdioꝛẽ q̃ꝫ faciẽ tuã. Qđ
audiẽs ip̃e rex ↄpũct⁹ ẽ ⁊ hũiliauit ſe.
Itẽ ſupbia exterioꝛ fit i magnis et ſup/
fluis edificijs. i q̃bꝫ breui moꝛabũt̃. ⁊
nõ cogitãt vbi ppetue ſt̃ moꝛari. Uñ
apłs Heb. xiij. Nõ hẽm⁹ h̃ manẽtẽ ci
uitatẽ ſꝫ futurã inq̃ram⁹. Legit̃ em̃ de
Alexãdro magno. Cũq̃ꝫ totũ mũdũ
cũ mag̃ ſupbia circuiret: vẽit i q̃ndaꝫ
iſulã i q̃ icole illi⁹ ñ vtebãt̃ veſte ſꝫ tm̃
pellibꝫ moꝛtuoꝝ aĩaliũ. nec hẽbãt do
mos ſꝫ i cauñis t̃re hitabãt. Cui⁹ cãꝫ
cũ q̃ſiuiſſꝫ: r̃nderũt. Scim⁹ ꝙ moꝛit̃i
ſumus. ⁊ neſcim⁹ vtꝝ hodie vel cras.
Quare g̃ coꝛp⁹ qđ cib⁹ ẽ ꝟmiũ multũ
oꝛnare d̃berem⁹: ⁊ cur magna edificia
facere deberem⁹ cũ in h̃ mũdo diu ma
nere nõ poſſum⁹. Qđ cũ audiſſet rex
dixit. Uere dicitis. vos prudentes ⁊
puidẽtes hoies eſtis. petite a me quic
quid vultis ⁊ dabo vob. Qui dixerũt.
da nob h̃ vt ñ opteat nos moꝛi. Qui
r̃ndit. Quõ dabo vob hoc cũ ſuꝫ met
moꝛiturus. At illi dixerunt. Mira/
mur ſtulticiã tuã. ſcis te moꝛituruꝫ ꝙ
cũ tanta ſupbia viuis. ⁊ carnẽ tuã ta/
liter veſtis vermibꝫ tradendã.

Dominica duodecima.

Sermo. cxx.

# Sermo CXXX

Jduciā ha
f bem⁹ ꝑ xp̄ʒ ad deū.ij. Coꝛ.
iij. Jn ꝟbis iſtꝭ oñdit nob
apl's i q̄ fiduciā ꝛ ſpeʒ nr̄aʒ h̄ꝛe debem⁹
ſcʒ i deū p̄ꝛeʒ oipotēte Dicit ḡ.fiduciā
ꝛ ſpeʒ hēm⁹.i.h̄ꝛe dēm⁹ ad deū p̄ꝛeʒ ꝑ
xp̄m q̄ aduocat⁹ nr̄ ē apō p̄ꝛeʒ ſuū.qꝛ
ipe int̄pellat ꝓ nob.j.Joh.ij.Aduo/
catū habem⁹ apō p̄ꝛeʒ xp̄ʒ iħm iuſtū.
Ber.Securū acceſſū hēs ad deū o hō
mr̄eʒ hēs añ filiū.filiū añ p̄ꝛeʒ.Mr̄
oñdit filio pect⁹ ꝛ vbera.fili⁹ oñdit p̄ꝛi
lat⁹ ꝛ vulnera.nō p̄t ibi eē aliq̄ repul/
ſa vbi tot amorꝭ cōcurrūt iſignia.Jō
fiduciā nr̄aʒ dēm⁹ ponere i dño ꝛ nō i
aliq̄ alia creat̄a.q̄dā ſt̄ q̄ ponūt fidu/
ciā ſuā ꝛ ſpeʒ i bōis tp̄alib.Prou.xj.
Qui ↄfidūt i diuitijs coꝛruet.iuſti at
q̄ſi virēs foliū germiabūt.Job.viij.
Sic tela araneaꝝ fiducia ei⁹.ſic q̄ ↄfi
dūt i diuitijs ſuis.Gre.Erras ſi pu/
tas iſta tēpalia duratura q̄ ꝑ tot ma/
n⁹ trāſierūt.Quid ↄtigit illi diuiti q̄
fiduciā ſuā poſuit i bonis ſuis ꝛ diui
tijs:h̄r Lu.xij.vbi dixit iħs diſcipul'
ſuis.Cauete ab omi auaricia.qꝛ n̄ in
abūdātia cuiuſq; vita ei⁹ ē ex his que
poſſidet.q.d.null⁹ p̄t vitā ſuā plōga
re ex his q̄ poſſidet.ſ.bonis tēpalib.
Et dixit ſilitudinē hois cuiuſdā diui
tis.cui⁹ ager vbeꝛes fruct⁹ attulit.ꝛ co
gitabat intra ſe dī.Quid faciā:qꝛ nō
hēo vbi ↄgregē fruct⁹ meos.ꝛ dixit.h̄
faciā.Deſtruā hoꝛrea mea et maioꝛa
faciā vt cōgregē oia q̄ nata ſt̄ mihi.ſ.
bōa mea:ꝛ dicā aie mee.Aia mea ha
bes mlt̄a bōa poſita i ānos plīmos.
req̄eſce.bibe ꝛ comede.Et ait illi deus
Stulte egiſti.hac nocte repetent a te
diaboli aiaʒ tuā.q̄ ↄgregaſti cui⁹ erūt
Et ſic ille q̄ ſpem ſuā poſuit i diuitijs
ſuis nocte illa reb ꝛ aia ē p̄uat⁹.Vñ
dicūt dānati Sap.v.Quid nob ꝓ/
fuit ſupbia:q̄d diuitiaꝝ iactātia:q̄d
ↄtulit nob mōs:Oia trāſierūt velut
vmbꝛa.Et nihil ſeq̄t̄ hoieʒ ex oib bo
nis ſuis niſi vil' pān⁹ i q̄ vix inuoluit̄
Jō monet nos xp̄s Luce.xvj.Facite
vob amicos de māmona iniq̄tatꝭ.Jn
cui⁹ figurā d̄ꝛ Gen.xlj.q̄ ioſeph ſciēs
īminere cariſtiaꝝ tp̄a:tp̄e felicitatꝭ cō
gregauit multa bōa.ſ.annonā i hoꝛ/
rea ſua.ꝑ quā poſtmodū totā terraʒ
egypti ſuſtētauit.Per Joſeph intelli
git̄ hō ſapiēs.q̄ tp̄e felicitatꝭ.i.q̄ʒdiu
vixerit i hac vita:replet hoꝛreū.i.ma
nus paupeꝝ.qꝛ q̄cq̄d illic repōit tp̄e
famis iueniet.Vñ.b.Laurēti⁹ dixit.
Nā facultates q̄s req̄rꝭ i celeſtes the/
ſauros man⁹ paupeꝝ depoꝛtauerunt.
Quidā ꝟo ↄfidūt pl⁹ amicꝭ ſuis q̄ʒ
dño iħu xp̄o.Cōtra q̄s dicit Hiere.
xvij.Maledict⁹ hō q̄ ↄfidit i hoie:ꝛ
ponit carnē bꝛachiū ſuū.ꝛ a dño rece
dit coꝛ ei⁹.p̄s.Bonū ē ↄfidere i dño.
Legit̄ Dan.xiij.q̄ Suſanna fuit de/
relicta ab oib amicꝭ ſuis.ꝛ fuit iiuſte
iudicata ad moꝛtē.ſʒ qꝛ ſpeʒ ſuā poſu
it i dño.iō miſit dñs ꝓpham q̄ libera
uit eā de pic'lo moꝛtꝭ ꝛ ifamia.Per ſu
ſannā q̄libet ↄfidēs i dño intelligit̄.q̄
exaudiet̄ ꝛ libabit̄ ab oib tribulatōi
bus.Spes inquā xp̄i n̄ cōfundit:ſm
apl'm Ro.v.Jō q̄lib; p̄t dicere cū ꝓ/
pheta.Jn te dñe ſpaui n̄ ↄfūdar ineť
nū.Exēplū.Jn britania maioꝛi er at
q̄dā rex noīe Lenir hñs tres filias q̄
dixit p̄me filie.Diligꝭ me:Querñd it
Pꝛi ſup oia diligo te.ꝛ illā nobiliť de/

ſpōſauit. Silr q̄ſiuit a ſcōa. Que cū ſic pma rñdiſſet: fecit ei ſicut pme fecerat. Cūqꝫ q̄reret de tercia filia. diligis me? Rñdit. Pr̄ q̄ntū habes tantū vales ⁊ tantū te diligo. Indignat⁹ pater min⁹ dilexit eā ⁊ iurauit ꝙ nō daret ei aliquid de regno ſuo. Quidā aūt rex frācie ꝓpter pulcritudinē ſuam duxit eā. Cū aūt pr̄ diuiſiſſet ſubāz ſuā ⁊ regnū duabꝰ filiabꝰ tali ꝯditōe ꝙ eū q̄ꝫ diu viueret ſuſtētarēt. Aliquanto tpe morat⁹ ē cū vna. q̄ cepit hr̄e tediū ſui. dixit ꝙ etiā pgeret ad ſororē ſuā. q̄ cū eū aliquot dies tenuiſſet: trāſmiſit eū ad terciā quā min⁹ dilexit: ⁊ cui min⁹ dederat. ⁊ illa eū charitatiue ptractauit Moralr̄ p pmā ſororē ſignificaꝛ amor quē q̄s hꝫ ad diuitias. p ſcōaꝫ amor ad amicos carnales. iſte ſorores hoīem cito deſerūt. Per terciaꝫ ſignaꝛ miſcōia q̄ eſt comes defunctorū.

Quidā ꝯfidūt in viribꝰ corpis ſui pl⁹ q̄ꝫ i deū. ſiue i iuuentutē ſuā. et ilico corruent. Cōtra q̄s dr̄ Job. xxxij. Ne ſcio q̄ꝫdiu ſubſiſtaꝫ. Etiā neſcit hō finē ſuū Ber. Nihil certi⁹ morte. nihil incerti⁹ hora mortꝭ. Exemplū i Goliath. j. Reg. xvij. q̄ fuit de genere gigātū lōgitudine ſex cubitoꝝ ⁊ palme. et tn̄ fuit deuict⁹ p dauid. q̄ꝫuiſ ꝯfidebat i fortitudine corpis ſui ⁊ exprobrauit filijs iſrl̄ ꝙ eſſent ſerui philiſtinoꝝ. et ꝓpoſuit eis nomathiā. ita ꝙ ipſe pugnaret ꝓ philiſteis. ⁊ filij iſrl̄ eligerent vnū q̄ pugnaret ꝓ eis. ⁊ quoꝝ athleta vinceretꝛ eēnt aliorū ſui. Et ꝓmiſit rex ſaul ſe datuꝝ filiā ſuā q̄cūqꝫ pcuteret eū. Tādē venit dauid hn̄s fūdā lapidis ⁊ baculū i mānu ⁊ ꝓceſſit ꝯ goliā. ⁊ ꝯtēpſit eū goliath ⁊ dixit. Nun quid canis ego ſuꝫ veīs ad me cū baculo? Cui dauid. Tu venis ad me in armis: ⁊ ego i nomie dn̄i venio ad te. Hēbat golias galeā ereā ⁊ clipeū ereū ⁊ haſtam ⁊ gladiū. Et ait dauid. Dabit te dn̄s hodie i manu mea ⁊ pcutiam te ⁊ auferaꝫ caput tuū. ⁊ dabo carnes tuas volatilibꝰ celi ⁊ beſtijs terre vt ſciat oīs t̄ra q̄ꝛ nō in gladio vl̄ haſta ſaluat dn̄s. ⁊ piecit lapidē de fūda et pcuſſit eū i frōtē. pmo ſcōo ⁊ tercio lapide pcuſſit eū in eodem loco. et deiecit eum. et abſcidit caput eius gladio ſuo. Per Goliaꝫ intelligiꝛ q̄libet hō q̄ ꝯfidit i ꝓprijs viribꝰ. ⁊ cū viciꝛ a dauid q̄ iterptaꝛ manu fortis. i. p deum. occidit eū qn̄ inuenit eū ꝯfidētē in viribꝰ corpis vl̄ i iuuētute. naꝫ eq̄ moriunꝛ iuuenes ⁊ ſenes. Exēplū. q̄dā vnū iuuenē militē habuit. qui cuꝫ iret ad torneamētū trāſiuit p claram uallē. ſ. clauſtꝝ ſcti Bernardi vidēt ibi milites deo ſuiētes. Cepit cogitare q̄s eēt finis vtriuſqꝫ militie. q̄ꝛ mors. Depoſitꝭ itaqꝫ veſtibꝰ militaribꝰ itrauit ordinē pr̄e neſciēte. Cū pr̄ itelligeret ⁊ minaretꝛ deſtruere clauſtꝝ niſi exiret. ⁊ filio ſuo mag̃ pmiſiſſet di. Reūtere fili dilecte ad ſeculū donec puenerīs ad decrepitam etatē. tūc te reddere poteris religioni. Rñdit fili⁹. redibo ad te ſi ꝓmittis mihi ꝙ vnaꝫ ꝯſuetudinē q̄ ē in t̄ra tua deponere velis Pr̄ annuit. Rñdit fili⁹. Cōſuetudo ē in terra tua ꝙ eq̄liter oēs moriunꝛ iuuenes ⁊ ſenes. depone illam ⁊ tūc redibo Tūc pr̄ ad ſe reuerſus dimiſit illū in clauſtro. Nō ē g̃ ſpandū vel ꝯfidēdū de lōga vita. Quidā ꝯfidūt in ſciā ⁊ prudētia ſua pl⁹ q̄ꝫ i deo. Cōtra q̄s dr̄

Prou̇.iij. Habe fiduciā ī dn̄o ꝛ ne in
nitaris prudētie tue. Tales aſſilant vē
to.i. vētoſe ſcie: q̄ coꝛ iflat. ſic dr̄.j. Co
rin.viij. Sic etiā legim⁹ de ſimōe ma
go. q̄ cū ꝯſideret ī ſcia ſua ꝛ volare vel
let. oꝛante btō Paulo. ꝛ ipante. b. pe/
tro coꝛruit ꝛ crepuit medi⁹. Hiere. x/
vij. Bn̄dict⁹ vir q̄ ꝯfidit ī dn̄o: et erit
dn̄s fiducia ei⁹. Sz q̄ magis p̄ſumit
ꝯtinget illi ſic legit̄ de Syſara. q̄ cū p
cederet ad pugnā ꝯ pplm̄ cū mag̃ ex
ercitu: pterruit eū dn̄s: ꝛ nocte fugere
cepit cū oī pplō ſuo. ꝛ ecce mulier Ja/
hel ſtans ī oſtio dom⁹ ſue. vocauit ip/
ſum ī domū ſuā. At ille petijt ab ea bi
bere aquā. q̄ dedit ei potū lacteū ꝛ coo
ꝑuit eū pallio. q̄ cū iaceret apud eam
ſecur⁹. illa accepto clauo ꝛ malleo per/
cuſſit euz p tēpoꝛa ꝛ moꝛtu⁹ ē. Nō hy
ſto. Judic. iiij. Per Syſaraz itelligit̄
hō fugiēs pctm̄. ꝛ intrans domū falſe
ſecuritatis. putās ſe iā eſſe ſecuruz vt
nūq̄z infeſtet̄ ab eis. venit Jahel. i. tē
ptatio carnis vel diaboli. et pungit ei
clauū. i. moꝛtale peccatū in caput ei⁹.
id ē in ꝯſcientiā ſuā. ꝛ ita moꝛit̄ etna/
lit̄. A q̄ moꝛte liberet nos ih̄s xp̄s.

De eodem. Sermo. cxxxj.

Olutū ē vī
culū lingue ei⁹: ꝛ loqueba/
tur recte Marci. vij. Per
ſurdū iſtū ꝛ mutū intelligit̄ pctōꝛ exi/
ſtēs in pctō moꝛtali qui ē ſurd⁹ ad au
diēdū vbū dei. ꝛ mut⁹ ad loq̄ndū lau
dē dei. Nā ſi laudare vellet dn̄m deū:
nō eēt deo acceptū. Eccī. xv. Nō ē ſpe/
cioſa laus in oꝛe peccatoꝛis. id ē nō eſt
deo accepta. Et quia ſurdus eſt nolēs
audire p̄cepta dei. de⁹ nō exaudit oꝛa/
tionē ſuā. Prouerb. xxviij. Qui decli
nat aurē ſuā ne audiat legē dei: oꝛatio
eius erit execrabil̄. Joh. ix. Scimus
q2 pctōꝛes deus nō exaudit. ſz qn̄ pec
catoꝛ hūiliter ꝯfitet̄ pctm̄ ſuū: tūc ſol/
uit̄ vinculū lingue eius: ita q laus et
oꝛo ſua ſunt deo accepta Vn̄ dixit da
uid poſtq̄z ꝯfeſſus fuiſſet ꝛ egiſſz peni
tētiā. Dirupiſti dn̄e vincula mea tibi
ſacrificabo hoſtiaz laudis. q. di. In h̄
q dediſti mihi gratiā ꝯfitēdi pctm̄ me
um. mō tibi ſacrificabo hoſtiā laudis.
q2 mō laus mea et ſacrificia mea tibi
ſt accepta. ꝛ nomē dn̄i inuocabo in oꝛo
nib9 meis. q2 mō exaudis. Cum aūt
mut⁹ incipet loq̄: loq̄bat̄ recte. ſic pec/
catoꝛ q̄ vult ꝯfiteri pctm̄ ſuū dz recte
ꝯfiteri. Sciendū aūt q ad h̄ q cōfeſ/
ſio ſit recta ſunt multa nccaria Pri
mū ē q ꝯfeſſio ſit integra. ita q pctōꝛ
nullū pctm̄ ſcienter in coꝛde retineat
Tren̄. ij. Effunde ſicut aquā coꝛ tuū
in cōfeſſione. i. quicq̄d eſt ī coꝛde tuo
effunde totaliter: ſicut aqua effundit̄
de vaſe. Et nota nō dicit ſicut oleum.
q2 oleū non pōt effundi niſi maneat
aliq̄d de pinguedine ī vaſe vaſi anne/
xū. Sic faciūt illi qui ptē ꝯfitent̄ ꝛ p
tē reſeruant Nec dicit ſicut mel. q2 in
vaſe relinquit̄ dulcedo qn̄ effuſuz eſt
mel. Tales ſunt qui cogitāt p delectā
tionē p̄teritoꝝ pctōꝛum. Nec dixit ſi
cut vinū: qd̄ relinq̄t in vaſe odoꝛem
Tales ſunt qui poſt cōfeſſionē libēter
audiūt loq̄ et loquūt̄ de peccatis. Nec
dixit ſicut lac. q2 relinquit̄ coloꝛ lactis
in vaſe. ꝛ tales ſunt illi qui retinēt ge/
ſtus ꝛ moꝛes ꝛ verba peccatoꝝ. Dicit
aūt ſicut aqua que ſic effundit̄ q non

remāet ī vaſe ſapoꝛ vł odoꝛ vel coloꝛ.
nec aliq̄d. Sic dꝫ hō ꝯfiteri totalr̄ ⁊
ſe totū ad deū ꝯūtere q̄ poſtea nͨ cogi
tare nec audire nec loq̄ de pc̄tis velit.
nec aliqđ ſignū ſiue ī geſtu ſiue ī inceſ
ſu. ī ludis ſiue ī diſſolutōibꝫ velit exer
cere: ſed ſe totū deo dare. Tales q̄ ſuā
ꝯfeſſiōeꝫ dimidiare ſolēt ſr̄ figurati ꝑ
nūcios Dauid. ij. Re. x. q̄bꝫ Anō rex
āmonitaꝝ ꝑſcidit mediā ꝑtē veſtiuꝫ
vſqꝫ ad nates. ⁊ raſit dimidiā ꝑtē bar
be. ⁊ ill' ſic turpit̄ deformatꝭ n̄ licuit ve/
nire ad p̄ntiā dauid. Sic illi q̄ medi
am ꝑtē pc̄tōꝝ ꝯfitēt̄ deformes ſr̄ ī ꝯſpe
ctu dei. ⁊ n̄ p̄nt vēire ad p̄ntiā veri da
uid regꝭ eťni. Ponat̄ ei q̄ hō oia pc̄tā
ſua ꝯfiteat̄. ſolūmō tn̄ vno retēto n̄ ꝓ
deſt ſibi ꝯfeſſio. Exēplū. Mlĭer q̄dā
audiēs q̄ lacria lauat aiaꝫ verecunda/
batur ꝯfiteri vnū grāde pc̄tm̄. ſꝫ ꝓ eo
multū flebat ⁊ ieiūabat ⁊ macerabat
corpꝰ. ſ. terꝭ ſeptiana ieiūabat. ciliciū
portabat et elynas dabat. ſepiꝰ ꝯfite/
bat̄ excepto illo pc̄tō ſolo. Quā q̄daꝫ
ſacerdos vidit orātē ī ecclia. ⁊ ſuꝑ ca/
put eiꝰ ſtabat diabolꝰ tripudiās ⁊ gau
dens. Et āmiratꝰ ē ſacerdos ⁊ adiura
uit demonē vt ſibi cām illiꝰ leticie māi
feſtarꝫ. q̄ ait. Gaudeo ꝓpter moꝛtale
pc̄tm̄ qđ illa mlĭer ī ſe. xv. ānis occul/
tauit: ⁊ n̄ audet ꝯfiteri. Tūc ſacerdos
monuit eā vt ꝯfiteret̄. qđ cū feciſſꝫ: vi
dit diabolū ab ea recedētē flētē ⁊ eiulā
tē. Scđo ꝯfeſſio dꝫ eē feſtina. Eccłi
xvij. Viuꝰ ⁊ ſanꝰ ꝯfiteberꝭ. q̄re feſtina:
ne tardauerꝭ cōfiteri. Sꝫ quidā ſunt
q̄ nolūt ꝯfiteri niſi ī extremo. ſic fures
q̄ ꝯfitēt̄ ſb̄ patibulo. iſti ſepe decipiunt̄
Exēplū de q̄dā milite q̄ nunq̄ꝫ voluit
ꝯfiteri q̄n ſanꝰ fuit. Cū aūt iaceret in
agone: ⁊ rogaret̄ a religioſis vt cōfite/
ret̄ diu tacuit. ⁊ poſtea clamauit voce
mag̃ ⁊ lamētabili. Fugite fugite n̄ poſ
ſuꝫ ꝯfiteri. q̄ꝛ tā magnꝰ draco degluti/
uit os meū ī os ſuū. ⁊ ꝓpt̄ p̄ntiā viaꝫ
nō p̄t me deglutire. ⁊ nimis me ledit.
⁊ cū iterꝝ exhoꝛtaret̄ eū vt ꝯfiteret̄. Rn̄
dit. nimiſ tarde ē. ⁊ pꝰ paululū clama
uit. O ⁊ ve data eſt ſn̄ia ſuꝑ me. ⁊ ego
vado viuꝰ ad īfernū. ⁊ tūc oībꝫ aſpici
entibꝫ cū corꝑe ⁊ aīa ē ablatꝰ. Ter
cio ꝯfeſſio dꝫ eē ꝓp̄a et nō alteriꝰ. Et
ꝓp̄a tua pc̄tā ꝯfitearꝭ. ꝓuer. xviij. Iu
ſtꝰ p̄oꝛ accuſatoꝛ ē ſui: n̄ q̄ alteriꝰ pc̄tā
ꝯfiteat̄. p̄s. Dixi ꝯfitebor adūſuꝫ me
īiuſticiā meā. nō alteriꝰ. nō alieni ipo
nas pc̄tm̄ ſed tuū ꝓpiꝰ. Noli ꝯfiteri ſic
adā q̄ dixit. Mlĭer quā dediſti mihi
decepit me. ⁊ ſic ꝯfeſſus fuit pc̄tm̄ eue
Et eua ſuꝑ ſꝑpētē poſuit ꝑ pc̄tm̄. Hic iu
iūgit̄ ꝯfeſſio ꝓp̄a ⁊ v̄a. q̄ꝛ ſi adā pc̄tm̄
ꝯfeſſus fuiſſꝫ meliꝰ habuiſſꝫ. Sꝫ ad
huc mlti ſr̄ q̄ dicūt ī ꝯfeſſiōe. Tal' idu
xit me. al's n̄ feciſſeꝫ. q̄dā dicūt. diabo
lus dedit mihi ꝯſiliū q̄ tale pc̄tm̄ ꝯmi
ſi. Quibꝫ dic aug. Dimitte ſathanā
⁊ accuſa te: vt accuſatōe tua veniā me
rearꝭ. expectās illū accuſare q̄ n̄ hꝫ ve
niā. teipm accuſa ⁊ īuenies īdulgētiā
Dr̄ em̄ Exo. xxiiij. q̄ pharao ſeq̄ns fi
lios iſrł' ſb̄merſus ē ī mari rubꝛo cū ex
ercitu ſuo. Per pharaonē ītelligit̄ di
abolꝰ qui cū vniūſis vicijs ſb̄mergit̄ ī
amaritudie ruborꝭ. ſ. ꝯfeſſiōis. Exem
plū. Quedā puella libēť choreas viſi
tare ꝯſueuit. q̄dā die cū iret ad choꝛe
am: occurrit ei diabolꝰ ī ſpē hūana di.
puella videte quō vadatꝭ q̄ ī poſterū
n̄ peniteatꝭ. Illa īdignāt̄ rn̄dit. q̄d ad
vos quō vadā: ſilr̄ fecit ſcđo ⁊ tcio. et

tādē fuit impͦgnata. ⁊ ab oībꝫ amicis
ſuis deſpecta. Cū accuſarent eā oēs: di
xit. diabolꝰ ꝯſuluit mihi ꝙ hec facerē.
ſtatī affuit diabolꝰ dicēs. vos mētimini
ego ꝓhibui ⁊ ꝑmonui tribꝫ vicibꝫ vos
⁊ nō audiſtis. Quarto ꝯfeſſio dꝫ eē
nuda et nō palliata. Prouer. xxviij.
Qui abſcōdit ſcelera ſua nō diriget.
ſcꝫ ad vitā etnā. q̇ aūt ꝯfeſſus fuerit ⁊
reliq̄rit ea miſcdiaꝫ ꝯſeq̄t. Noli ḡ pec
catꝭ tuis facere palliū ſic ſaul. q̇ accu/
ſatꝰ a ſamuele de iobediētia ⁊ auaricia.
eo ꝙ pepcit melioribꝫ pecoribꝫ ⁊ ama
lech regi queꝫ dn̄s iuſſerat occidi. qn̄
tūc debuit ꝯfiteri iobediētiā ⁊ auariciā
excuſauit ſe dicens. Pepci melioribꝫ
pecoribꝫ vt immolarē dn̄o deo. ⁊ iō q̄
pctm̄ ſuū palliauit a dn̄o ē abiectus.
j. Re. xv. Nō ſic faciēdū ē. ſꝫ hō dꝫ cō
fiteri peccatū ſuū ſicut ꝯmiſit. ꝙ ſacer
dos ita bn̄ intelligat ſicut ꝯfitēs. ps.
Delictū meū cognitū tibi feci: ⁊ iīuſti
ciā meā nō abſcōdi. glo. Qn̄ hō dete/
git deꝰ tegit. qn̄ hō tegit ⁊ abſcōdit deꝰ
nō ignoſcit. Augꝰ. Cū hō tegit deꝰ de/
nudat. Exēplū. Cū q̄dā mlier multū
caſta filiū quē male genuerat occidiſ/
ſet. ⁊ nullꝰ h̄ ſciret. diabolꝰ volēs eā in/
famare. in ſpecie cuiuſdā magni mgr̄i
poſuit ſe i ſeruitio epi. ⁊ cū multa p̄di/
xiſſet ⁊ quō oīa ꝯtigiſſent. accuſabat
dn̄am ſuā de facto illo. Jlla citata eſt
ad curiā epi. ⁊ ꝑmo ꝯfeſſa ē pctm̄ ſuū.
et cū ꝯparuiſſet corā epo q̄ſiuit ab il/
lo q̇d de illa dn̄a ſciret. Rn̄dit. Nihil
de iſta ſcio. ſꝫ de illa q̄ moraꝶ i tali loco
Et ait ep̄s. et hec ē illa. At ille. de iſta
nihil ſcio. ſi ō ea aliq̇d dixi penitus ig
noro. Cui ep̄s. ergo mētitꝰ es. Et ſta/
tim coraꝫ oībꝫ hoībꝫ cū ſtrepitu mag̊
receſſit. ⁊ ita pctm̄ ſuū qḋ ipſa nuda/
uerat i ꝯfeſſiōe deꝰ texit. Quito ꝯfeſ/
ſio dꝫ eē pia vt cū ſpe venie ꝯfitearis.
Cōfeſſio eni obtinet remiſſionē oim
pctōꝝ. j. Joh. j. Si ꝯfiteamur pctā
nr̄a deꝰ fidelꝭ ⁊ iuſtꝰ ē vt nobis remittat
ea. Noli ḡ ꝯfiteri cū deſꝑatiōe ſic Ju/
das: q̇ pn̄ia ductꝰ retulit. xxx. argente
os di. Peccaui tradens ſanguinē iu/
ſtū. vera fuit ꝯfeſſio hec ſꝫ ipia ꝓpter
deſꝑatōem. ꝓpter quā laqueo ſe ſuſpē
dit. Hiero. dicit ꝙ plꝰ offendit iudas
deū ꝑ deſꝑatōeꝫ q̄ꝫ ꝑ traditōeꝫ. Nul/
lus ḡ dꝫ deſꝑare q̄ntūcunqꝫ etiā pecca
uit. Exēplū. Quidaꝫ magnꝰ latro vi
dit q̊ſdā religioſos p̄tereūtes ſiluā i q̄
latitabat. ⁊ multū ꝯpūctꝰ cucurrit pꝰ
eos volens ꝯfiteri. At illi fugierūt ti/
mētes. ⁊ ipſe ſeq̄ns poſt eos cecidit de
rupe. ⁊ fracto collo expirauit. Tunc de
mōes volebāꝶ accipe aīaꝫ ipiꝰ. ſꝫ btā
vgo libauit eā di. hec ē ſn̄ia filij mei:
Talē te iudico qualē te īuenio. Se
xto ꝯfeſſio dꝫ eē pura. vt intēdas am
plius pctā tua dimittere. j. Eſdre. x.
Uos trāſgreſſi eſtis: ⁊ nūc ꝯfeſſioneꝫ
date deo vr̄o ⁊ facite placituꝫ eiꝰ. Si
eīm i infirmitate vel nccītate vel i qua
drageſima ꝯfiterꝭ. ⁊ intendis iteꝝ pec
care: tūc ꝯfeſſio tua nō eſt pura. Noli
ḡ ꝯfiteri ſic pharao. q̇ cū flagellatꝰ eēt
a dn̄o dixit. Peccaui. vͤe dn̄s iuſtus
eſt. ⁊ ego ⁊ ppl̄s meꝰ ipij ſumꝰ. h̊ dixit
⁊ tn̄ dn̄o obedire nō intēdit. q̊ties fla/
gellabaꝶ toties ꝓmittebat ſe velle di/
mittere pctm̄ cū ppl̄o ſuo. ſꝫ ceſſante
plaga nō dimiſit. ⁊ iō cū ſuis eſt ſub/
merſus. Rogemus ⁊c.

Dn̄ica tredecima.

Sermo. cxxxij.

## Abrae dicte

a ſunt ꝑmiſſiões ⁊ ſemi eius Gal. iij. Nõ ꝙ dñs ꝑmittebat ſiue ꝑmiſit abrae frã lacte ⁊ melle fluctẽ. ⁊ bñdictõz. qꝛ fuit obediens mãdatis ſuis. Precepit eni ei dñs vt egrederetᷣ de fra ſua ⁊ de cogtõe ſua. ⁊ ꝙ circũcideret ſe cũ oi domo ſua. ⁊ ꝙ filium ſuũ ei imolarz. Oia q̃cũqꝫ p̄cepit ei fidelr adipleuit. ⁊ iõ ꝑmiſit ſibi frã lacte ⁊ melle fluctẽ. ꝑ quã ſignificatᷣ vita etna q̃ ꝑmittitᷣ abrae ⁊ ſemi ei⁹. i. oibus imitatoribꝫ ſuiſ. ſ. dei mãdata ſeruãtibꝫ. vñ dixit dñs iudeis Jo. viij. Si filij abrae eſtis opa ei⁹ facite. q. d. Mãdata mea ſuate ſic abraã fec. et hẽbitis frã ꝑmiſſiõis. i. vitã etnã. et h̓ idẽ dicit dñs Mat. xix. Si vis vitã ingredi ſerua mandata dei. Sũt aũt decẽ mãdata dñi. Primũ ẽ. nõ habebis deos alienos. Jſtõ duplr exponitᷣ Primo ſic. Nõ adores deos alienos. i. nõ debes credere i aliquã creaturaz aliã qꝫ in deũ. Cõtra h̓ faciũt incantatores. pagan⁹. iude⁹. heretic⁹. ⁊ oẽs q̇ credũt i fãtaſmata q̃ ď nocte ſolẽt ambulare. Legitᷣ de ſcõ germano. q̇ dũ q̃dã nocte eẽt hoſpitat⁹ i q̇dã hoſpitio de ſero vidit p̄pari vnã mẽſaz. Cũ q̃reret cãz dixit hoſpita ꝙ bonis mulieribus q̃ de nocte incedebãt ꝑ domũ illã parabᷣ mẽſa. vñ vir ſctũs de nocte vigilãs demões i forma hũana vidit aduẽiſſe. Surrexit adiurãs demões ne recederẽt. Excitauit oẽs ď domo. ⁊ q̃ſiuit ſi illas ꝑſonas agſceret. q̇ rñderũt ꝙ ſic: addẽtes ꝙ vicini eoꝝ eẽnt. Tũc miſit ad domos vicioꝝ. ⁊ iuẽti ſũt i locis eoꝝ. ⁊ tũc ꝯfeſſi ſunt demões deceptiones ſuas ⁊ euanuerũt. Scđo exponitᷣ ſic. Nõ hẽbis deos alienos. i. nullã rẽ diligas pl⁹ qꝫ deũ. qꝛ ſicut dicit Aug. Quicq̇d hõ diligit ſup̄ deũ h̓ ẽ ei⁹ de⁹. Cõtra ğ facit auarus q̇ pl⁹ diligit bona tꝑalia q̄ꝫ deũ. q̇. ſ. ꝯ deũ bona tꝑalia acq̇rit. Exẽplũ. Jn ciuitate piſieñ. q̇dã diues mortu⁹ debebat ꝯdiri. i. ſepeliri. et extctis viſceribꝫ nõ inuenerũt cor eius. ⁊ ſtupefacti q̃ſierũt a q̇dã mgr̃o ſi hõ poſſet viuere ſine corde? Rñdit ꝙ nõ. ſꝫ qꝛ ſcp̄tũ ẽ i euãgl. Ubi theſaurus tu⁹ ibi ⁊ cor tuũ erit. Si cor auari queratᷣ ſuꝑ pecuniã ſuã ⁊ ibi forte inueniretᷣ. qđ ſepius factũ ẽ ſiciã in iſto Jtẽ ꝯ h̓ p̄ceptũ faciũt iſti oẽs q̇ plus diligunt vxores ⁊ filios q̄ꝫ deũ. q̇ potius bona ſua ꝯ deuz acquirũt q̄ꝫ ꝙ eos egre viuere videãt. Legitᷣ ꝙ cũ quidã milites a q̇dã vſurario pecuniaz mutuarẽt. ⁊ vidiſſent gl̃iaz ei⁹ quã habuit i diuitijs. liberis ⁊ vxore i oibꝫ ꝯmẽdabãt cũ. ⁊ oia q̃ habuit. et rñdit vſurarius militibꝫ. Si de⁹ diceret mihi. dimitte illa q̃ habes i h̓ ſclõ: ⁊ intra in regnũ celoꝝ: ego h̓ nõ facerẽ. Cũqꝫ milites ad hoſpitia ſua reuerſi fuerẽt mane audierunt pulſare cãpanas ꝑ illo qꝛ illa nocte ſubitanea morte ꝑierat. Et dixerũt Ecce diues ille q̇ celũ ſpreuit oia ſua bõa vſqꝫ ad obolũ ꝑdidit. Sic oẽs ꝑibũt q̇ bona tꝑalia. vxores ⁊ filios pl⁹ q̄ꝫ deũ diligũt. Exẽplũ legitur ꝙ cũ q̇dã vulpes famelic⁹ ītraſſet ꝑ feneſtrã vnũ cellariũ in q̊ porci mactati fuerũt. ⁊ vulpes tantuz comedit ꝙ nõ poterat exire feneſtrã ꝑ quã intrauit. ⁊ trãſeunte aſino quodã petijt vulpes ab eo ꝯſiliũ ꝑ quẽ modũ ab illa captiuitate poſſet liberari? Rñdit

aſinus. Dñe vulpes p quē modū itra
ſtis? Qui expoſuit ordinem rei geſte.
Et aſinus dixit ei. reddite q̄ tuliſtꝫ et
egrediemi. Cui vulpes. ſi reddere vo/
luiſſem neq̄q̄ huc itraſſem. Per vul
pē q̄z itelligit raptor vel fur vl' vſurari
us. q̄ ꝯſulit aſinū. i. religioſuz ꝛ pbū.
ꝛ cetera patēt. Scōm pceptū ē. Nō
aſſumes nomē dei tui inuanū. h̄ expo
nit dupl'r. Prio. nō aſſumes nomen
dei tui inuanū. i. deo et ſctis ei' vouere
qd̄ nō velis reddere. q: ſcribit. voue/
te ꝛ reddite. Exēplū de britone q̇ debe/
bat vaccā cū vitulo ad foꝝ ducere. cū
q̄z eſſet i mari ꝛ tēpeſtas mag̃ iſurgeret
ait. O ſctē michael adiuua me: ꝛ ego
dabo tibi vitulū. Cūq̄z euaſiſſz dixit
Scē michael ego euaſi mō nihil tibi
dabo. ꝛ ſtatim vēit fluct' marꝫ ꝛ inol/
uit eū cū vacca ꝛ vitulo ꝛ ſbmerſus ē.
Et q̄z piculoſum ſit frāgere votū ptz.
q: nō pōt abſolui p ſacerdotē ſimpli/
cē ſed p epm. Scd̄o exponit ſic. Nō
aſſumes nomē dei tui inuanū. i. nō p
iurabis i noīe meo. Valde piculoſuz
ē q̄ hō aſſueſcit iurare p deū vl' p ſctāz
crucē vel p ſctāz mariā vel p ſctōs dei.
Ecc̄i. xxiij. Iuratōni nō aſſueſcat os
tuū. multi em̄ caſus ſunt i illa. Exem
plū. Quidā miles habuit ꝯſuetudi/
nē iurare p oc'los dei. q̄dā die cū i alea
luderet ꝛ ſic iuraret: ceciderūt oculi ei'
ſup aſſerē. ꝛ cec' fact' ē. Et maxime pi
culoſuz ē iurādo manū ponere ſup re
liq̄as ſctōꝝ. In h̄ em̄ q̄ dexterā leuat
manū: ſignificat q̄ ipſe i die iudicij a
dextera dei remouebit ꝛ ad ſiniſtrā col
locabit. Per duos digitos q̄s erigit:
ſignificat q̄ corp' ꝛ aīaz diabolo ꝯmit
tit. Per tres digitos depēdētes ſignifi
cat q̄ negat ſctāz trinitatē. ſ. patrē ꝛ fi
liū ꝛ ſp̄m ſctm̄. Exēplū. Due puelle ſo
rores cuiuſdā pncipis francoꝝ ꝯque
ſte ſunt regi karolo de fre ſuo q̄ heredi
tatem eaꝝ iniuſte poſſideret. Cūq̄z iu
raret p corpus ſublime dei q̄ nihil qd̄
eaꝝ eſſet poſſideret: crepuit medi'. et
miſerabil'r mortuus ē. Et illi nō ſolū
peccāt q̇ iuramētū faciūt. ſz etiā illi q̇
iuramētū falſuz ſciēter recipiūt. Exē/
plū legit q̄ quidā negauit alteri debi/
ta ſua. et ille p ſniam iuris ꝓuocauit
eū ad iurādū. Nocte illa ille ad iudi
ciū ducit ſummi iudicis. ꝛ dixit dñs.
q̄re pmiſiſti eū iurare quē ſciebas fal
ſum iurare? Rn̄dit. q: negauit mihi
rē meā. Cui dñs. Melius eēt q̄ tu rē
tuā pdidiſſes q̄z ille aīaz ſuā pdidit.
ꝛ iuſſit eū horribil'r flagellari. ꝛ ille cla
mauit q̄ oēs euigilabāt. et iuenerūt i
dorſo ſuo veſtigia plagaꝝ ipſi' cū eui
gilaret. Iō dicit Aug'. Qui ꝓuoca/
uerit hoiem ad iuratōz ꝛ ſcit eū falſuz
iurare vel iuratuꝝ: homicida ē. q: ho
micida corpus occidit. ille aūt aiam
imo duas aias. ſ. illius quē iurare ꝓ/
uocauerit ꝛ ſuā ipſi'. Terciū ē. ſab/
bata ſctifices. h̄ exponit dupl'r. Prio
ſic. Feſtiuis dieb' nullū pctm̄ comit/
tas mortale. q: tūc maius ē pctm̄. vt
fornicatio. ebrietas. chorea q̄z in alia
die. Aug. Meli' ē i dieb' feſtiuis ara
re q̄z choriſare Quid ergo d̄ ebrietate
erit vl' fornicatiōe? Gre. dicit i dial. q̄
q̄dā legitima a viro ſuo cognita i die
dñico a diabolo arripiebat ꝛ multuz
vexabat. Itē de chorea exēplū. Puel/
la q̄dā nulli feſtiuitati pcere volebat
q̇n choreas freq̄ntaret. q̄dā die feſto
cuz laſſa de chorea rediret. ꝓiecit ſe in

lecto ⁊ obdormiuit. ⁊ videbat ei ꝙ eq̃
tes nigri venirẽt ⁊ ad iudiciũ ĩ vallẽ te
nebroſã reportarẽt eã. ⁊ dixit iudex.
Bõa choriſatrix ẽ illa. purgate collũ
ei⁹ ꝙ poſſʒ cãtilẽas cãtare. Et vn⁹ arri
puit tedã ardẽtẽ ⁊ ĩfixit ꝑ os ĩ guttur
ei⁹. ⁊ exclamãs euigilauit. et ĩuenit ſe
totã exuſtã. ⁊ caro fruſtatim decidit de
corpe ſuo. et pentes ñ valẽtes ſuſtiere
fetorẽ ei⁹ tulert eã ad hoſpitale vbi vo
uit deo ⁊ b. marie caſtitatẽ ſuã ſuare ⁊
oẽs delicias ſclĩ fugere ⁊ ſanata ẽ. Se-
cũdo expõit ſic. ſabba ſcificeſ. i. ñ debes
feſtiuiſ diebꝫ opari opa q̃ ꝓhibita ſt ĩ
iure. nec ꝓ te nec ꝓ failiã tuã niſi ĩ necci
tate ⁊ d lnia ſacerdotiſ. Exẽplũ. Ruſti
cus q̃dã coegit puerꝝ ſuũ ĩ die btẽ ma
rie magdalene arare. Et cũ puer inui
te h fecerat: venit fulgur de celo ⁊ exti-
xit boues. ⁊ flãma ꝯbuſſit ruſticũ ĩ pe-
de. Cũ aũt ad eccliã btẽ marie mag-
da. vẽiſſʒ. fecit votũ ꝙ ĩ diebꝫ feſtiuis
ãmodo neq̃q̃ laborare vellʒ. ⁊ ſanat⁹
ẽ. Guil. dicit ĩ glo. ꝙ munitores ⁊ via
tores ⁊ ſufferratores eq̃ꝝ ſi talia faciũt
nõ ꝓpter q̃ſtũ ꝓpriũ: ſʒ ꝓpter neccita-
tẽ alioꝝ excuſant a pctõ. als ñ. Quar
tũ ẽ. honora prẽʒ ⁊ mrẽʒ. Exponit at
dupli. vno mõ de prẽ ſpũali. ſ. de ſacer
dote vel ꝯfeſſore ei⁹ ꝑcepti obediẽdo.
qꝛ ſicut dr Deut. xvij. Qui ſupbierit
⁊ nolẽs obedire impio ſacerdotiſ mor-
te moriat. ſ. eterna. Euſebi⁹ ceſarieñ.
dicit ĩ omel. Qd vob a ſupiorib pci
pit ita accipite ac ſi dei ore eſſet platũ.
Scdo exponit de prẽ ⁊ mrẽ carnalibꝫ
q̃s dẽm⁹ honorare ꝓpt remũeratõez.
Exo. xx. et Deut. v. Honora prẽm et
matrẽ tuã vt ſis lõgeu⁹ ĩ vita tua. Vñ
ſequit ibidẽ. Qui maledixerit prĩ vel
mrĩ morte moriat. Debem⁹ ei eos ho-
norare ſbueniẽdo eis ĩ neceſſitate. ĩ ſe
nectute ⁊ ĩ morte. Et de his tribꝫ põit
valerius tria exẽpla. Primũ ẽ ꝙ q̃dã
mlier nobil ob quoddaʒ flagitiũ fuit
morti adiudicata. ſʒ iudex noluit eã
pũire morte ꝓpt honorẽ pentũ. ſʒ in-
cluſit eã ĩ carcere vt fame ꝑiret. et filia
ei⁹ q̃ erat nupta de licẽtia iudicis q̃tidie
viſitauit eã. ꝑus tñ diligẽter ꝑſcruta-
bat ne aliq̃d comeſtibile ſibi donaret.
Sʒ filia ſingul diebꝫ cũ lacte vberuʒ
ſuorũ matrẽ alebat. Scdm exẽplũ de
ciconia. q̃ qñ ſeneſcũt filij ponũt pen-
tes in nidũ. ⁊ velut infantes iux ſe po
nũt. fouẽt ⁊ nutriũt. Terciũ exemplũ
ponit dicẽs. ꝙ cũ Darius rex fines ſci
tharꝝ ĩuaſiſſet. ⁊ ſepulcra parẽtũ ſuoꝝ
inuadere vellet. miſerũt ſcithe ei lrãm
ꝙ dãna vineaꝝ eq̃nimit ferrẽt. ſʒ ſi ſe
pulcra pentũ ꝯtingeret: tũc vires eoꝝ
ſentiret. Itẽ de h req̃re feria q̃rta añ le-
tare. ĩ ſer. Honora prẽʒ ⁊ mrẽʒ Qui
tũ preceptũ ẽ. Nõ occides. h exponit
mltipli. Prio ñ occides facto ſic Ca-
yn frẽʒ ſuũ abel occidit Geñ. iiij. Se
cũdo nõ occides volũtate. j. Joh. iij.
Oĩs qui odit frẽm ſuũ homicida eſt
Qui hʒ volũtatẽ occidẽdi frẽm ſuũ. i.
ꝓximũ ſi poſſʒ homicida ẽ. qꝛ dñs ac
cipit volũtatẽ ꝑ facto. Sicut pʒ in q̃
dã exẽplo Quidã ſagittarius cũ ami
ſiſſet pecuniã ſuã ĩ alea. irat⁹ ꝯ deũ ait.
Vtinã ſi poſſem deũ interficere vtiq̃ʒ
facerẽ q̃ ita infortunatũ me fecit. ⁊ ac-
cepto arcu direxit ſagittã in celũ. ⁊ ſa-
gitta ñ ẽ reuerſa ĩ terrã. Altera die cũ
iterꝝ luderet ĩ alea: redijt ſagitta ⁊ ceci
dit ſup aleã ſanguĩe cruẽtata. In hoc
apparet ꝙ dñs volũtatẽ illi⁹ ꝑ facto

recepit. Tercio ñ occideſ p neglig͂ctiã
ſic̄ mali p̄lati ſuis ſb̄dit̾ faciūt q̄s nō
corrigūt ſed i ania mori ꝑmittūt. ⁊ ſic
eos occidūt Iſti ſſ̄ homicide corã d̄o
Ezec. xxxiij. Si ſpeclator viderit gla
diū ⁊ ñ iſonuerit buccia. ⁊ ꝑpl̄s ſe nō
cuſtodierit: veneritq3 gladiꝰ et tulerit
de eis aīa3 ſanguinē eiꝰ de ſpeclatore re
q̄rã. Per ſpeclatores ſignificãt p̄lati q̄
debēt corrigere delinq̄ntes. ſi ꝑmiſerint
eos i aīa ꝑire: dn̄s req̄ret a plat̾ illas
anīas i die iudicij. Legit̃ de Halfrido
clīco valēti. Cū eēt electꝰ i ep̄m recuſa
uit. Pꝰ mortē appuit cuidã ſctō viro
orāti. Cūq3 q̄reret de ſtatu ſuo. r̄ndit
bñ S3 reuelatū ē mihi a ſcã trinitate
ꝙ ſi ꝓmotꝰ fuiſſe3 i ep̄m ego de nūero
eē3 dãnatoꝝ. Req̄re i ſer. Reddero̅3
Itē p̄res et m̄res q̄ ñ corrigūt pueros
ſuos ⁊ ꝑmittūt eos ꝑire homicide ſſ̄
Refert Gre. ꝙ cū q̄dã filiū ſuū. v. an
noꝝ valde diligeret: docuit eū ꝑuelo-
qui. Req̄re dn̄ica pꝰ octauas epipha
nie. i ſer. Nuptie facte ſſ̄ Sextū ē. ñ
mechaber̾. In h̄ ſm̄ Aug. ꝓhibet oē3
ꝯcubitū illicitū: ⁊ illoꝝ mēbroꝝ illici-
tū vſu3. ⁊ oēm illicitã ꝯcupia3. ⁊ oēm
carnis imūdiciã. Et h̄ p̄ceptū expōit̃
tripl̄r. Prio ſic. Nō mechaberis. exce
pto federe matrimoniali vt dicit glo.
Scd̄o ſic. Nō mechaber̾ turpia cogi
tãdo: ⁊ i laſciuis cogitatōibꝰ delectan
do: ſeu etiã ſenſibꝰ ext̃iorbꝰ abutēdo
Et ꝯ h̄ faciūt m̄lti q̄ aliq̄ñ deo ſuire i
caſtitate decreuerīt ⁊ adhuc i carnalibꝰ
delectatōibꝰ ⁊ cogitatōnibꝰ ⁊ i ſpurci-
cijs delectãt̃ In q̄ caſu ſꝑ pc̄tm̄ morta
le incurrūt. Si ei aliq̄s moroſe i cogi
tatōe carnali delectet̃. etiã ſi nūq3 eſſet
volūtat̾ talē turpitudinē faciendi in
ope: adhuc ſm̄ Aug. pc̄tm̄ mortale i-
currit. Tercio nō mechaber̾ ope. cogi
tatōe. volūtate. Qui viderit mulierē
ad ꝯcupiſcēdū eã iã mechatꝰ ē eã i cor
de ſuo Mat. v. Exēplū. Iuuēis q̄dã
habuit volūtatē peccandi luxurioſe. ⁊
cū eēt i via: nocte q̄dã ꝑueīt ad pontē
quēdã fractū. ⁊ nō potuit eū ꝑtrãſire.
ſtati affuit diabolꝰ i ſpē hūana i eq̄ pal
lido di. Aſcēde retro me in equū: ego
ducã te ſm̄ volūtatē tuã. ⁊ cū aſcēdiſ-
ſet p̄cipitauit eū i aquã ⁊ ſb̄merſus ē.
⁊ ꝑpt̃ malã volūtatē dãnatꝰ ē. Se-
ptimū ē. Nō furtū facies. nec volūta
te nec ope nec ꝯſilio nec ꝯſenſu. nec au
xilio. nec fures ſuſtētãdo vl̄ ſuſcipien
do. nec male mēſurãdo. Noīe furti in
telligit̃ oīs vſurpatio illicita rei aliene
Nec rapinã nec fraudē nec vſurã ꝯceſ
ſit q̄ furtū ꝓhibuit. Nã ſm̄ Tulliū.
Furtū vl̄ rapīa ē ex auide mēt̾ ipetu vi
olenta aliaꝝ rerū detractio. Et alienū
vſurpare q3 nociuū ſit p3 ꝑ exemplū.
Comes q̄dã abſtulerat eccl̄ie metenſi
q̄ndã poſſeſſiō3. decio anno pꝰ mortē
ſuã vir q̄dã religioſus raptꝰ ē i ſpū. et
ductꝰ ē ad ifernū. ⁊ vidit i ꝓfūdo ifer-
ni int̃ flãmas ſcalã erecta3. ⁊ vidit co
mitē illū deſcēdētē ꝑ eã i ꝓfundū. ⁊ fili
os eiꝰ ⁊ nepotes eiꝰ defūctos eū ſeq̄ntes
ꝑ ordinē deſcendēdo. Cūq3 q̄reret ab
angelo q̄ ducebat eū. q̄re comes ille q̄
iuſtꝰ hō videbat̃ i vita ſua ſic puniret̃
Rn̄dit. ꝓpt̃ poſſeſſiō3 q̄ndã quã ab
ſtulerat eccl̄ie metēſi dãnatꝰ ē. ⁊ om̄es
ſucceſſores ſui q̄ poſſidēt eã ſequūt̃ do
nec reſtituãt. Iō d̄r Iſa. v. Ve q̄ ꝯiū-
git̾ domū ad domū. ⁊ agꝝ agro copla
tis. ſ. ꝑ furtū ⁊ rapinã. Ve inquã erit
vob̄ i iferno vbi ardebit̾ i etnū Octa

nū ē. Nō falſuꝫ teſtioniū dices. In h̄
ꝓhibet oē mēdaciū. Quidā dicunt ꝙ
curialiť mētiri nō ſit pctm̄. ꝯ q̄s dicit
Aug. Qui credit aliqḋ mēdaciū ñ eē
pctm̄ turpiť ſe decipit. Leui. xix. Nō
mētiemini neqꝫ decipiat vnuſq̄ſqꝫ ꝓxim
ſuū. Col. iiij. Nolite mētiri iuicez. De
mēdacio iucies dñica tcia p⁹ octauas
ephie. Nō falſū teſtioniū dices Exo.
xx. ꝛ Deuť. v. Vñ cū dñs dicerꝫ ad ca
yn. Ubi ē abel frať tu⁹: rñdit. Neſcio
dñe ꝛc. ꝓpť h̄ poſtmodū inťfect⁹ fuit
a Lamech p ſagittā. q꞉ dic ps. Per/
des oēs q̄ loquūť mēdaciū. Nonū ē
Nō ꝯcupiſces rē ꝓximi tui. i. rē imo/
bilē ꝛ mobilē. ita ſi poſſes tibi aptare
ꝙ nolles facere nec p ludū nec p frau
dē ſibi abſtrahendo. Caſſio. lib. iiij.
Meli⁹ ē eīm p̄ntia bona ꝯtēnere q̄ꝫ exi
guo queſtu ꝑpetua ꝯmoda nō habere
Quā piculoſum ſit alienā rē appetere
pꝫ Exo. xiiij. vbi dꝛ. ꝙ filijs iſrl' edu/
ctꝭ de egypto: ꝛ iā tranſeūtib⁹ mare ru
brū ſicco pede. egyptij auaricia īducti
ſecuti ſunt eos volentes ſpoliare ꝛ ad
terrā ſuā reducere. Quicūqꝫ intrarūt
mare reduxit ſup eos dñs aq̄s marꝭ
ꝛ ſb̄merſi ſť Egyptij ſignificāt auaroſ
q̄b⁹ ñ ſufficiūt bōa ſua ſꝫ ſp volūt hr̄e
pl'a. Iſti ſb̄mergūť ī mari rubro. i. in
amaritudine penaꝝ. Decimū ē. Nō
deſiderabis vxorē ꝓximi tui. nō ouē.
nō bouē. nec ſeruū. nec ancillaꝫ. i. oēm
rē mobilē. Iſta duo fere ꝯcordāt. vñ
ſequiť. Nec oīa q̄ eius ſunt.

De eodem. Sermo. cxxxiiij.

D Iliges do/
minū deū tuū Deuť. vj. vel
x. ꝛ Mat. xxij. Diligere debem⁹ deū q̄t
tuor modis. Sic viuēs vitā. ſic ami/
cus amicū. ſic fili⁹ prēꝫ. ꝛ ſic ſpōſa ſpō
ſuꝫ. Prio dēm⁹ eū diligere ſic viuēs
vitā. De q̄ dꝛ Deuť. xxx. Diliges dñꝫ
deū tuū atqꝫ obedias voci ei⁹ et illi ad
hereas. Ipſe eīm ē vita tua Ioh. xiiij
Ego ſuꝫ via. vitas ꝛ vita. Ipe eīm de
dit hanc vitā trāſitoriā. ꝛ ſi manſeri/
m⁹ i ei⁹ dilectōe dabit nob̄ etnā vitaꝫ
Hugo. O hō cogita ꝙ aliqñ nō fue/
ras. ꝛ vt eē icipes h̄ de dono dei accepi/
ſti q̄ vtiqꝫ es. Et ſi nihil āpli⁹ dediſſꝫ.
ꝓ eo tñ ſp laudād⁹ ꝛ diligēd⁹ eēt Nūc
aūt pl⁹ dedit q̄ nō dedit ſolū ſimplex eē
ſꝫ pulcꝝ ꝛ ꝑpetuū eē. i q̄ hō excellit oēꝫ
aliā creaturaꝫ terreſtrē. Magno igiť
debito obligat⁹ es ei: ꝛ nihil habes qḋ
ei retribuas niſi tm̄ vt ipſum diligas
Merito diligeret aliq̄s aliquē a quo
hr̄et ſanitatē vnius mēbri. Exemplū
habem⁹ i brutis aīalib⁹. Quidā nau
te cū applicuiſſent ad inſulā q̄ndā vi
derūt leonē trahi a dracone violenter
Req̄re dñica ſcd̄a p⁹ paſca. i ſer. Xp̄s
paſſus ē. Erubeſcat ḡ hō nō diligere
deū a q̄ hꝫ corpus ꝛ aīam. ſi leo dilexit
eos q̄ eū iuuabant ad vitā. mlto ma
gis ē ille diligēd⁹ a q̄ hēm⁹ totā vitam
nr̄aꝫ. q꞉ ſm aplꝫ Col. iij. Uita nr̄a ab
ſcōdita ē cū xpo i deo. Scd̄o debem⁹
diligere deū ſic amic⁹ amicū. nā ipſe ē
fideliſſim⁹ amic⁹ nr̄. Ipſe eīm exhibu/
it nob̄ maiorē amiciciā q̄ꝫ vnqꝫ aliq̄s
amic⁹ alteri. Iō dꝛ Leui. xix. Diliges
amicū tuū. i. xp̄m q̄ tibi ſummā am
iciciam tribuit ꝛ exhibuit. Et bñ fide/
liſſim⁹ amic⁹ dici pōt qui ſe ꝓ amico
ſuo ſuſpēdi facit vt eū a morte liberet.
ſꝫ mai⁹ eēt ſi ſe ꝓ īimico ſuſpēdi ꝑmit/

teret. et h̄ fecit xp̄s ꝑ nobis. Joh̄. xv.
Maiorē hac charitatē nemo hꝫ vt
aīaꝫ ſuā ponat q̇s ꝑ amicis ſuis. Ber.
Sꝫ tu bone ih̄u maiorē habuiſti di-
lectōꝫ. qꝛ tu aīam tuā ꝑ inimicis poſu-
iſti. Ro. v. Cū inimici eſſemꝰ recōcili-
ati ſumꝰ deo ꝑ mortē filij eiꝰ. Figuram
huiꝰ hēmꝰ. j. Re. xviij. vbi dꝛ q̄ꝫ Jōa-
thas expoliauit ſe tunica ſua q̄ indu-
tus erat: ꝛ dedit dauid. ꝛ reliq̄ veſtim-
ta vſqꝫ ad baltheū. Per Jonathā in-
telligit̄ xp̄s. q̇ ꝑpter dilectōeꝫ quā ha-
buit ad dauid. i. hoīem. ſe denudauit
ꝛ mortuꝰ ē. qꝛ dicit Tulliꝰ. Idē velle
ꝛ idē nolle i rebꝫ honeſtis demū amici-
cia ē. Exēplū. Cū q̇dā ſublimaret fa-
mulū ſuū ad tantā dignitatē vt cuiuſ-
dā regni curā ei ꝯmitteret. Qui cum
factꝰ eſſet potēs: inimicos dn̄i ſui ꝯ ꝑ-
hibitōꝫ dn̄i ſui i domū ſuaꝫ ſuſcepit.
Qḋ audiēs rex iuſſit vt ſuſpēderetur.
Cūqꝫ ad patibulū duceret̄ obuiā ha-
buit amicū cui ſepe bn̄ fecit. Et ait illi
Amice recole quō te dilexerim et ſuc-
curre mihi. Qui ait. Ego habui ami-
cos anteq̄ꝫ te viderē. ꝛ habebo pꝰ mor-
tē tuā. nō poſſuꝫ tibi ſubuenire. verū-
tn̄ dabo tibi lineū pannuꝫ q̄ tegaris.
Poſtea habuit obuiā aliū amicum
cui dixit ſilr̄ Qui rn̄dit. ſeq̄r te ad por-
tā. Tandē cū vēirēt ex portaꝫ cū iſto
obuiaꝫ habuit aliū amicū q̄ ſepe ſibi
bn̄ fecerat. ꝛ ip̄e nihil ſibi retribuerat.
Et ait. amice dilecte ſepe bn̄ feceras mi-
hi. ꝛ ego nihil retribui tibi. tn̄ ex q̄ oēs
amici mei me dereliq̄runt. iterꝫ iploro
auxiliū tuū. Cui ille. Amice nullo iu-
re teneor tibi ſuccurrere. verūtn̄ qꝛ vi-
deo q̄ꝫ nullꝰ vult tibi p̄bere auxiliū: te
libabo ꝛ ſuſpēdiū ꝑ te ſuſtinebo. ꝛ ſic fa-
ctū ē. Rex ille deꝰ ē. famulꝰ vnuſquiſqꝫ
hō ē: cui deꝰ mlt̄a bn̄ficia ꝯtulit. ſ. aīaꝫ
ꝛ corpꝰ. bona naturalia. bōa tp̄alia ꝛ ptā-
tē ſup oēs creaturas. h̄ ſuſcipit inimi-
cos dn̄i ſui qn̄ pc̄tā cōmittit. ꝛ demo-
nes i domū aīe ſue itromittit. ꝛ ꝑpt̄ h̄
meret̄ hō eternā damnatōeꝫ. Primꝰ
amicꝰ ſunt diuitie: de q̄bꝫ hō nihil hꝫ
niſi lineū pannū. Scd̄s amicꝰ ſt̄ vxo-
res ꝛ liberi q̄ ſequūt̄ vſqꝫ ad ſepulcꝝ. ꝛ
cito tūc obliuiſcūt̄. Terciꝰ amicus eſt
dn̄s nr̄ ih̄s xp̄s qui fecit ſe ſuſpendi ꝑ
nobis ꝛ ꝑ pc̄tis noſtris. ille nō deſerit
nos. Tercio debemꝰ diligere deūꝫ ſic
filius patrē. Ipſe em̄ ē oīm noſtꝝ pr̄.
etiaꝫ oſn̄dit nobis maiorē pt̄nitatē ſi-
ue pt̄nā dilectōꝫ q̄ꝫ vnq̄ꝫ aliq̇s pr̄ Ip-
ſe ei ē pꝛ nr̄ q̄ nos creauit. ꝛ nos ad ſi-
militudinē ſui fecit. ꝛ iō debemꝰ eū mlt̄-
tū plꝰ diligere q̄ꝫ patrē carnalē. Et iō
oſn̄dit nobis maiorē pt̄nalē dilectōꝫ.
Quis em̄ pꝛ filijs neceſſaria tā laute
ꝓuideret? Lu. xij. Nolite ſolliciti eſſe
q̇d manducetis ꝛc. p̄s. Quō miſeret̄
pꝛ filiorꝝ ꝛc. q̄re hoc? q̄m ip̄e cognouit
nr̄m figmētū ꝛ nr̄aꝫ fragilitatē. Ideo
merito diligēdus ē tanq̄ꝫ pr̄ intimus
qꝛ intime nos diligit. Ber. Si natu-
ralit̄ filius amat patrē a q̄ hꝫ ꝑtē cor-
pis. q̄nto magis patrē celeſtē q̄ corpꝰ
ꝛ aīaꝫ ex nihilo creauit. Si oculo vel
manu aliq̇s careret mlt̄ū eū diligeret
q̄ ſibi ea redderet. q̄nto magis debemuſ
diligere patrē celeſtē qui dedit nobis
oīa mēbra aīam ꝛ vitā. Bern. O hō
cogita q̄lē te fecit deꝰ. ſm corpus egre-
giam formā. ſm aīam imaginē ꝑpri-
am iſignē ac rōis ꝑticipē. btitudīs cō-
parē. Sꝫ tu miſer deū q̄ te genuit dere-
liquiſti mediante ſupbia. auaricia et

luxuria q̄b⁹ ſepiſſime oblit⁹ es dei creatorꝭ tui. Attn̄ ipe dic̄. Reūtere et ego ſuſcipiā te. Exēplū i filio pdigo Luc. xv. O q̄lis ꝛ q̄nta ē miſcd̄ia dei q̄ pctō rē ꝯūſuꝫ n̄ min⁹ diligit q̄ꝫ eū q̄ nunq̄ꝫ peccauit ſeu peccādo alti⁹ ꝯxit maculā iō merito ē diligēd⁹. Hugo. O hō cogita q̄ꝫtū te dilexit q̄ tāta ꝓ te fec. tāta tibi ꝯtulit. tāta ſuſtinuit. O li cuꝫ nō eēs te dilexit vt te ꝯderet. p⁹ cū peccaſſes hūiliauit ſe. hō fact⁹ ē vt reformaret te. ꝛ vt oñderet q̄ꝫtū te dilexerit nō niſi moriēdo te libare voluit. nūc aūt ſincera charitate te diligit ac ſi ſp cuꝫ eo pſtitiſſes. Exēplū. Adoleſcēs q̄dā ſtrauit ſiluā i q̄ morabāť mereťces. re q̄re i die paſce. in ſer. Ecce loc⁹. Quar to dēm⁹ eū diligere ſic ſpōſus ſpōſam Nā q̄libet fideľ aīa q̄ ē vnita deo ꝑ ve rā charitatē ē ſpōſa ihū xp̄i. ꝛ illa nun q̄ꝫ q̄eſcere p̄t nec gaudere niſi vēiat ad ſpōſuꝫ ſuū i celū. vľ niſi ipe veniat ad eā i ꝯtēplatiōe. Quādiu ē i hac vita ex amore quē hꝫ ad ſpōſuꝫ ſuū ſp lan guet. Vn̄ dꝛ Cāť. v. Filie hierlꝫ adiu ro vos: vt ſi iuenerītꝭ dilectū meū vt ānūcietꝭ ei qꝛ amore lāgueo. Filie hie ruſalē ſť aīe btē vľ ſcti angeli i illa ſctā hirlꝫ ſupna. q̄ ānūciāt ſpōſo deſideriū ſpōſe. i. aīe diligētꝭ. q̄ ex dilectōe dei lāguet i h̄ mōdo. Et bn̄ dꝛ lāguere aīa diligēſ. qꝛ ſic hoi lāguēti null⁹ cib⁹ ſapit niſi ꝯualeſcat. ſic aīe diligēti nihil ſa pit i h̄ mōdo niſi ſolū illa dulcedo quā ꝑcipit ex aduētu ſpōſi ſui. Felix aīa q̄ lāguet de abſentia ſpōſi ſui. qꝛ n̄ dimit tit eā diu ſine ꝯſolatōe. Aug. Deſide rem⁹. clamem⁹. plangam⁹. amem⁹. ſi ſpōſa ſum⁹. ſi ſpōſus abſens ē ſuſtinea m⁹. vēiet quē deſideram⁹. De illo ſpōſo loq̄ť Hugo ad aīaꝫ. ꝛ allicit eaꝫ ad amorē ſuū di. O aīa ſpōſuꝫ hēs. pul cerrim⁹ ē. faciē ei⁹ nō vidiſti. ille te videt. qꝛ niſi te vidiſſꝫ n̄ te dilexiſſꝫ. no luit adhuc ſeipm̄ tibi p̄ntare: ſꝫ mūera miſit. arrā dedit. pignus amoris. ſi gnū dilectōis. Jg̃ras forte q̄d dederit ſpōſus tu⁹: dicā tibi. Reſpice vniuer ſuꝫ mōm. ꝛ ꝯſidera ſi aliq̄d i eo ſit q̄ō tibi n̄ ſuiat. Ois ei nat̃a ad hūc finē curſum ſuū dirigit ꝛ hꝫ vt obſequijs tuis famlēť ꝛ vtilitati tue deſuiat. h̄ ce lū. hec t̃ra. h̄ aer. h̄ mare et aq̄ cū oib⁹ a deo ꝑductis q̄ i eis ſť vniūſa explere n̄ ceſſant. vide o aīa mea illō ē donū q̄ō tibi dedit. ꝛ tn̄ ipm̄ n̄ agnoſcꝭ. rō tn̄ n̄ ſinit te dubitare h̄ tuū n̄ eē debitū ſꝫ bn̄ficiū alienū. Et illuꝫ certe diligere debeſ merito q̄ te tātū dilexit. q̄ tibi tā ta mūera miſit ꝛ ipſum debes amare. ꝛ ſi tuū illi amorē icōtaminatū ſuāre volueris maiora priorib⁹ ſe datuꝝ ꝑmittit ſm̄ Aug. Qd̄ ocul⁹ nō vidit ꝛc. Quo nos ꝑducat ꝛc.

Dn̄ica decima q̄rta  Ser. cxxxiiij.

S

# Piritu ābu

late ꝛ deſideria carnis n̄ ꝑfi cietꝭ Gal. v. Sic dic̄ Aug. Vita nr̄a nihil aliud ē q̄ꝫ q̄dā curſus ad mortē. qꝛ ſiue volum⁹ ſiue nolum⁹ q̄libet die dietā ad mortē facim⁹ Job ix. Dies mei velociores ſť curſore. Et apl's Heb. xiij. Nō hēm⁹ h̄ manētē ci ui. ꝛc. Jō docꝫ nos ꝛ mōet quō debem⁹ āblare i hac vita vt ad vitā et̃nā ꝑue nire poſſim⁹. Et dic̄ q̄ n̄ ſm̄ carnē vel deſideria carnis: ſꝫ ſm̄ ſpm̄ āmbulare de bem⁹. Sciēdū aūt q̄ hoi volēti bn̄

ambulare ſſt mlta ncēaria. Primū ē
vt eligat bonā ſocietatē. ij. Theſ. iij
Denūciam⁹ vobꝰ frēs ī noīe dn̄i nr̄i ie
ſu xp̄i vt abſtineatꝫ vos ab oī frē ābu
lāte īnordiate. Puer. j. Fili mi ſi te la
ctauerint pctōres ne acquieſcas illꝰ. pe
des em̄ illoꝝ ad malū currūt. Jō dic
Sene. Cū illꝰ ꝯuſare q̄ te meliorē ſſt fa
cturi. vl' q̄s meliores efficere poſſis. pſ
Cū ſctō ſctūs erꝫ: ⁊ cū pūſo pūterꝫ. Ec
cli. xiij. Qui tāgit picē inq̄nabit ab ea
Societas ei mala piculoſa ē ī celo. in
mū o ⁊ ī iferno. Jn celo pꝫ ī Lucifero.
q: oēs ſocij ei⁹ q̄ adherebāt ei ceciderūt
cū eo. ⁊ eēnalr ſſt dānati cū eo. Jn mū
do pꝫ p chore ⁊ ſocios ei⁹. Nu. xvj. le
git ꝙ chore oppoſuit ſe moyſi ⁊ aarō ī
deſto. ⁊ aſſūpſit ducētos ⁊ q̄nq̄gita ſo
cios. ⁊ dathan ⁊ abyrō. Chore ſtabat
cū ſocijs ſuis hn̄s thuribulū ī māu ſua
⁊ egreſſus ē ignis de thuribło chore: ⁊
deuorauit eū ⁊ oēs ſocios ei⁹. Dathā
⁊ abyrō viui abſorpti ſſt de t̄ra. Jn ifer
no ptꝫ etiā ꝙ picl'oſa ē mala ſocietas.
q: ī iferno ex ſocietate ⁊ mltiplicatiōe
pctōꝝ mltiplicant genera tormētoꝝ.
Un̄ diues exn̄s ī iferno dixit ad abra
am Lu. xvj. Rogo te vt mittas laza
rū ī domū pr̄is mei. habeo ei q̄nqꝫ frēs
vt teſtet illꝰ ne ⁊ ipſi veniāt ī hūc locū
tormētoꝝ. Timuit em̄ ꝙ ī aduētu eo
rū maior fieret ſua pēa. Jdcirco mala
ſocietas ē fugiēda in hac vita ſi ad vi
tā eēnā volum⁹ ābulare. Nā p malā
ſocietatē icurrit aliq̄n hō ī malā mor
tē. Exēplū. Duo ſocij ābulauerūt p vil
lā audiētes ī tab'na iuuenes cātātes ⁊
ſaltātes q̄ eos inuitabāt. Tūc vn⁹ di
xit alteri. Phs dicit. nō ē trāſeūdū p
ſedē gētꝫ iniq̄. n̄ ibo ad eos. ⁊ his dictꝫ
recessit. Ali⁹ aūt declinauit ad eos. Ue
nit aūt iudex illi⁹ ville ī q̄ tales homi
cidiū fecerūt. ⁊ cepit oēs q̄ erāt ī tali ſo
cietate. Et cū videret ſcolarꝫ ille ſe mo
rituꝝ: ait. Mō expimēto ſcio ⁊ video
⁊ nimis tarde doleo ꝙ fatu⁹ ē q̄ iungit
ſe ſocietati male. Chriſ. ſup Matth.
Reꝝ natura ſic ē: vt q̄tiēs bonū malo
ꝯiūgit. nō ex bono mal⁹ melior ē. ſꝫ ex
malo bon⁹ ꝯtamiat. Diūſitas em̄ reꝝ
nūq̄ꝫ bn̄ pt hr̄e ꝯcordiā. ⁊ mlta ſollici
tat ſocietas nephāda. Criſ. Que ꝯū
ti velle n̄ viderꝫ vita ſi poſſis. Scd̄ꝫ
neceſſariū ambulāti ē vt pedes ſepe re
ſpiciat ne cadat. Prouer. iiij. Palpe
bre tue pcedāt greſſus tuos. Pedes
aūt hoīs ſſt due extremitates. ſ. ꝯſide
ratio igreſſus ī mōꝫ. ⁊ egreſſus de mū
do. De ꝯſideratōe igreſſus dꝫ hō hu
miliari. Ber. Uide o hō vn̄ venerꝫ et
erubeſce. Si attendis vn̄ habuiſti or
tū: iuenies ꝙ de putredine. Job. xvij.
Putredini dixi. pr̄ me⁹ es. mr̄ mea et
ſoror mea v'mib⁹. Si hō illō freq̄nt
videret: multū ſe ī hac vita hūiliaret
Gre. Quātū q̄s ſeipm̄ min⁹ videt tā
to ſibi min⁹ diſplicꝫ. ⁊ q̄ꝫto maiorꝫ gr̄e
lumē recipit: tāto āpli⁹ ꝙ de ſe plāgere
debeat agnoſcit. Alt pes ē ꝯſideratio fi
nis. i. mortꝫ. h̄ puocat hoīeꝫ ad tiorē.
Ber. Uide hō q̄ tendis ⁊ ꝯtremiſce.
Job. xxxiiij. Oīs caro deficiet ſil' ⁊ hō
ī cinerē reūtet. Et iō ſacerdos iponēs
hoī cinerē dic. Memento hō ꝙ cinis
es ⁊ ī cinerē reūterꝫ. Legit de ſctō Johe
pr̄iarcha q̄ fecerat ſibi ſepulcꝝ impfe
ctū. ⁊ ī magnis feſtiuitatib⁹ cū eēt ī lo
co honorꝫ ꝯſtituerat q̄ndā famulū q̄
venerat ad eū di. Dn̄e ipfectū ē ſepul
crū tuū. iube illō pfici. q: neſcꝫ q̄ hora

uinā. Si igit̄ nos ip̄m querere volu/
mus: incipiamus ab infimo hūilita
tis. deinde ꝓgam⁹ ad mediū v̄tut̄. vl
timo perueniam⁹ ad ſummū ꝯtēplatio
nis vt poſſimus dicere illud. ij. Corꝝ.
iij. Nos aūt reuelata facie gliam dn̄i
ſpeculātes ꝛc. Quarto q̄ſierūt eū eo fi
ne q̄ debuerūt. vt. ſ. ip̄m honorarēt ꝓ
ſtratōe corpis. adorarēt deuotōe mēt̄
dotarēt largitōe mūer̄. Et ſic ꝑꝫ ꝙ ſi
bi obtulerūt q̄cq̄d habuerūt. ſ. corp⁹:
cū dr̄. ꝓcidētes. Aiam: qꝛ ip̄m adora
uerūt. Bona tp̄alia cuꝫ dr̄. Et apertis
theſauris. ¶ Scd̄o inuentū adoraue
rūt. qd̄ notat̄ cū dr̄. Et ꝓcidētes ado
rauerūt. Adorauerūt ip̄m adoratōe
latrie: q̄ ē cult⁹ ſoli deo deditus. q̄ hꝫ fi
eri q̄nqꝫ modis. ſ. mētalit̄. q̄ ſcd̄m Aug.
ꝯſiſtit ī dei cognitōe ꝛ dilectiōe et debi
ta ſubiectōe. Et iſti btī magi ip̄m deū
cognouerūt ꝛ dulcit̄ amauerūt. ꝛ ſibi
ſe humiliter ſubiecerūt. Scd̄o hꝫ fie
ri vocaliter. ſ. laudādo ꝛ adorando ꝛ
gr̄as agēdo. Et iſto mō magi adoraſ
ſe credēdi ſunt. Tercio hꝫ fieri realit̄ ī
nr̄aꝝ rerꝝ oblatōe. ꝛ iſti theſauros ob
tulerūt. Quarto hꝫ fieri pſonaliter: ſi
cut ī genuflexione ꝛ ꝓſtratiōe. ꝛ iſti in
terrā ꝓſtrauerūt ſe. Quīto hꝫ fieri ſa
cramētalit̄ vt ī ſacrificij imolatiōe. et
iſti ſibi myſtica munera obtulerunt.
¶ Tercio adoratū honorauerūt. et h̄
ꝑ munera q̄ ſibi obtulerūt. Nā q̄dru
plex mun⁹ ſibi obtuler̄t. ſ. mun⁹ a cor/
de. qꝛ ī eū fidelr̄ crediderūt. Mun⁹ ab
ore. qꝛ ip̄m verū deū ꝛ hoīem ꝯfeſſi ſt̄.
Mun⁹ a manu. qꝛ ſibi munera obtu
lerūt Mun⁹ ab obſeq̄o. qꝛ añ eū ſe ꝓ
ſtrauerūt. Iſtd̄ q̄druplex mun⁹ ꝛ nos
debem⁹ deo offerre. Mun⁹ a corde qd̄
ē mun⁹ oratōis. ij. Reg. vij. Inuenit

ſeru⁹ tu⁹ cor ſuũ vt oraret te orõe hac. Mun⁹ ab ore qḋ ẽ mun⁹ laudis. pſ. Sacrificiũ laudis ho[illegible]. ⁊c. Munus a manu qḋ eſt mu[illegible] bone operationis. Eccs. ix. Quecũqȝ põt facere manus tua inſtãter opare. Mun⁹ ab obſequio qḋ ẽ exhibitio ſuitij pſonalis Ecci. xlvj. Bonũ ẽ obſeq̃ ſancto deo. Iſtud enĩ q̃druplex mun⁹ etiã ḋ bem⁹ offerre pxĩo. ſ. mun⁹ a corde p ↄpaſſionẽ. Iſa. lviij. Cũ effuderis eſurienti aiaȝ tuã ⁊c. Mun⁹ ab ore p correctionẽ. Mat. xviij. Si peccauerit i te fr tu⁹ ⁊c. Mun⁹ a manu p ſubmiſtrationẽ. Ecci. vij. Paupi porrige manũ tuã. Mun⁹ ab obſeq̃o p carnal' ſeruitij exhibitioȝ. Gal. vj. Alter alterius onera portate. ¶ Quarto honoratuȝ cuſtodierũt. q2 Herodi ipm nõ pdiderũt. Herodes q̃dẽ habuit turbationẽ i corde. Vñ ḋr q irat⁹ ẽ valde. q̃a egit aſtutiã i ope. q2 a iudeis locuȝ. a magis didicit tps. ⁊ ſimulatã religionẽ i ore. vñ dixit. vt ⁊ ego veniẽs adorẽ eũ. Magi aũt iſta nõ cog̃uerũt propter tres cãs vt dicit Chriſ. pp̄ter bonitatẽ ⁊ ſimplicitatẽ quã ceteris ineſſe eſtimabãt. Propter regiã dignitatẽ. q2 nõ potuerũt ſuſpicari q tãt⁹ rex ↄ vnũ puer talia cogitaret. Propter pueri maieſtatẽ. q2 nõ poterãt opinari q tã ãmirabili puero inſidias moliri auderet. Cõtra ei⁹ maliciã et aſtutiã ⁊ religionẽ ſimulatã triplex remediũ habuerũt. Primũ ẽ ſuffragium orõis deuote. vñ ḋr. Rñſo accepto in ſomnis. glo. Sic Moyſes tacẽs clamabat: ſic ⁊ iſti. Scḋm ẽ bñficiũ iſpiratõis diuine. q2 de⁹ maliciã Herodiſ eis itimauit. ⁊ q̃d facere deberẽt reuelauit. ſ. ne redirẽt ad Herodẽ. Terciũ ẽ pmptitudo obediẽtie. q2 mox diuine inſpiratõi obedierũt. q2 p aliã viaȝ reuerſi ſunt in regionẽ ſuam.

De sctõ Sebaſtiano. Ser. xix.

# Beati qui per

b ſecutõeȝ patiunt᷑ pp̄ter iuſticiã: qm̃ ipſo ẽ regnũ celo. Matt. v. In v̈bis iſtis oñdit᷑ q̃ ſunt illi q̃ ad regnũ celo ſt᷑ v̈turi. ¶ Sciẽdũ autẽ q multa ſunt genera hoĩm q̃ ad regnũ celo pueniũt. Primi ſunt credẽtes. Joh. iij. Sic de⁹ dilexit mũdũ vt filiũ ſuũ vnigenitũ daret vt oĩſ q̃ credit i illũ nõ peat ſȝ habeat vitaȝ eternã. Joh. vj. Qui credit in me habebit vitã etnã. Ita tñ q habeat opa q̃ ad fidẽ ptinẽt. q2 fides ſine opibus mortua ẽ. Aug. Credere i deũ ẽ credẽdo deũ amare. credẽdo i eũ ire. credendo ei adherere. ⁊ ei⁹ mẽbris incorpari. Hoc mõ meruit vitã eternaȝ beat⁹ ſebaſtianus. de q̃ ſic legit᷑. Sebaſtian⁹ miles erat militãs impatorib⁹. ſ. Diocleciano ⁊ Maximiano. Hic fideȝ xp̄i habuit ſed occultauit. vt xp̄ianoſ q̃s in tormẽtis videbat deficere cõfortare poſſet. Dũ aũt duo viri nobiles ſcȝ Marcellianus ⁊ Marcus decollari deberẽt p fide xp̄i. venerũt pater et mater. vxores ⁊ liberi ⁊ oẽs amici flentes ⁊ lamẽtãtes miſerabilit᷑. pater canos trahẽs ⁊ veſtes ſcindẽs. mr̄ ſciſſa veſte vbera oſtendẽs. vxores infantulos offerẽteſ. ⁊ oĩa v̈ba quib⁹ eos mollire poſſent magno clãore clamabãt. Cũ igit᷑ hmõi milites molleſcere inciperẽt: acceſſit Sebaſtian⁹ dicens. O

fortiſſimi milites xp̄i: nolite per falſa blādimēta ꝑdere coronā ſempiternā. Putāt eī hī q̄ n̄ ſit alia vita p̄ter iſtā. Si eni ſcirēt aliā vitā z mortꝫ ignarā. triſticie neſciā. ad illā vtiqꝫ vobiſcū feſtinarēt. Hec vita ab initio i ſe credētes nō fefellit. dolor quē hic patimur cras euaneſcit. dolor aūt etnꝰ magꝭ renouatˀ. Cū aūt hec ⁊ ſiſia ſebaſtianus loq̄retˀ: vxor Nicoſtrati zoe in cuiꝰ domo fiebāt hec cū loq̄ nō poſſet: q2 ſex annis muta fuerat amare cepit viam iuſticie. ⁊ pſtrata ē an̄ pedes ſebaſtiāi. Tūc ait. b. ſebaſtianꝰ. Si ḡ verꝰ xp̄i fuꝰ ſuz. ⁊ ſi vera ſunt q̄ hec mlier ex ore meo audiuit ⁊ credidit apiat os eius q̄ apuit os Zacharie. Tūc illa clamauit dicēs. Btūs es ⁊ btūs ſermo oris tui. ⁊ btī q̄ credūt his q̄ locutꝰ es. Vidi eni angelū dei an̄ te libꝝ tenentē i q̄ ſcp̄ta erāt q̄ p̄dicaſti. Tunc vir eius ⁊ amici illoꝝ militū q̄ eos a fide trahere volebāt crediderūt ei. ⁊ baptiſati ſūt ſexagintaſex. Sic ptꝫ quō ꝑ fidē meruit vitā eternā. ¶ Scdi vo qui ad regnū celoꝝ ꝑueniūt ſunt q̄ pſecutōem patiūtˀ. Act. xiiij. Per mltas tribulatōes optꝫ nos itrare i re. ce. ij. Thim. ij. Si ſuſtinuerimꝰ ꝯregnabimus. ſi negauerimus ⁊ ille negabit nos. Vn̄ Lu. vlt. Optuit xp̄m pati ⁊ ita intrare i glīaꝫ ſuā. Vn̄ Hiero. Quis ſctōrū ſine tribulatiōe coronatꝰ ē: Mat. vij. Anguſta ē porta ⁊ arta ē via que ducit ad patriā ſiue ad vitā eternā. ⁊ pauci ſunt q̄ inueniūt eā. Glo. Tribulatio ē porta dn̄i ꝑ quā exiuit d̄ mūdo. et iuſti imitātes xp̄m intrabūt ꝑ eam ad vitā etnā. Vn̄ ps. Hec porta dn̄i iuſt i intrabūt i eā. i. i vitā eternā. Eccl. ij. Suſtine ſuſtētatōes dei. ꝯiūgere deo. [illegible]ſtine vt creſcat in nouiſſimo vita tua. [illegible]er hāc portā. ſ. tribulationis btūs ſeba[illegible]ianꝰ itrauit i vitā eternā. Vn̄ legitˀ q̄ Dioclecianꝰ fecit Sebaſtianū ad ſe duci et dixit ei. Ego te inter p̄mos in palacio meo ſp̄ habui: ⁊ tu ꝯ ſalutē meā ⁊ deoꝝ meoꝝ iniuriā egiſti. Qui rn̄dit. Pro ſalute tua ſemper xp̄m colui ⁊ ꝓ ſtatu vrbis romane ꝯſiderās ſtultū eſſe adorare lapides. Tūc iratꝰ impator iuſſit euz adduci ad mediū campi et q̄ſi ſignū ad ſagittandū ligari. Sagittarij aūt eū ſagittis ipleuerunt vt q̄ſi hericius hirſutꝰ videretˀ. ⁊ exiſtimātes eū mortuū abierūt. Poſt hec venit mulier q̄dā xp̄iana volēs corpꝰ eius ſepelire iuenit eū viuere. ⁊ duxit eū ad domū ſuā. ⁊ ifra paucos dies ſanatus ē. Cūqꝫ xp̄iani hortarentˀ eū abire: ille nolēs ſtetit ſupra gradū quēdā. et veniētibꝫ impatoribꝫ dixit. Adhuc me dn̄s ih̄s xp̄s reſuſcitare dignatus ē vt vos ꝯueniā in iuſto iudicio. ⁊ redarguā vos de veſtris malꝭ q̄ xp̄i famulꝭ irrogatis. Tūc impator iuſſit eū tādiu ſagittari q̄uſqꝫ ſp̄m exalaret. ⁊ ſic ꝑ tribulatōeꝫ ꝓmeruit vitā eternā. Itē ſi vis āpliare ſmonē. Req̄re i feſto oim ſanctoꝝ.

## De ſancta Agnete. Sermo. xx.

Ilectus meus mihi ⁊ ego illi Cantic. ij. D

In his verbis gloriatˀ beata Agnes de mutua dilectōe q̄ erat inter ſpōſum ſuū xp̄m ⁊ inter eā. ¶ Sciendū q̄ multa ſunt ꝓpter q̄ ſolet deꝰ hominē diligere. Primū ē charitas. ꝑ

uer. viij. Ego diligētes me diligo. ꝛ q̄
mane vigilauerit ad me inue[illegible] me
Hoc inuenimꝰ i btā Ag[illegible] q mane
.i. i iuuētute ſua deū q̄[illegible]it. ꝛ iō eū iue
nit. Vn̄ Amb. Tredecimo ſue etatiſ
anno btā agnes mortē ꝑdidit et vitā
īuenit Dilexit aūt dn̄m intātū ꝙ oīa
bona mūdi ꝓpter eū ꝯtēpſit. Vn̄ de ea
ſic legit̄. Btā agnes dū a ſcolˀ reūtit̄ a
ꝑfecti vrbis filio adamat̄. q̄ ꝑbuit ei ꝑ
cioſiſſima mūera. q̄ oīa velut ſtercora
ꝯtēpſit: ꝛ dixit ei. Recede a me pabu
lū mortꝭ. q꞉ iā ab alio amatore pūeta
ſum q̄ lōge nobilior te ē ꝛ genere ꝛ di/
gnitate. cuiꝰ mr̄ ꝟgo ē. cuiꝰ pr̄ feminaꝫ
neſcit. cui angeli ſeruiūt. cuiꝰ pulcritu
dinē ſol ꝛ luna mirant̄. Lōge etiā di/
tior. q꞉ diuitie eiꝰ nūq̄ꝫ deficiūt. Lōge
etiā potētior. q꞉ eiꝰ tactu infirmi ſanā
tur. cuiꝰ odore mortui reuiuiſcūt. cu/
ius amor caſtitas. tactꝰ ſcītas. vnio
ꝟginitas. Iſte anulo ſuo ſubarrauit
me. dexterā meā ꝛ collū meū cinxit la/
pidibꝰ ꝑcioſis. induit me ciclade auro
textā: ꝛ imēſis monilibꝰ ornauit me.
Poſuit ſignū in faciē meā vt nullū ꝑ
ter ipm̄ amatorē aſſumaꝫ. et ſanguis
eiꝰ ornauit genas meas. Iā āplexibꝰ
eiꝰ caſtꝭ aſtricta ſum. iā corpꝰ eiꝰ corpi
meo aſſociatū ē. Oſtēdit mihi theſau
ros inūerabiles q̄s mihi daturꝝ ſe ꝓ/
miſit ſi in eiꝰ amore ꝑſeuerauero. Au
diēs hec inſanꝰ iuuēis lecto ꝓſternit̄ ita
ꝙ amore egrotaret. Cūq̄ꝫ pr̄ iuuēis be/
ate Agneti multa ꝓmitteret vt filiū
eiꝰ ꝯiugio duceret. Rn̄dit ſe priorꝭ ſpōſi
federa nō poſſe violare. Tūc cepit pr̄
q̄rere q̄s eēt ille ſpōſus de q̄ ſe iactaret.
Dictū ē ei ꝙ xp̄m ſuū ſpōſum diceret
Tūc aggreſſus ē eā ꝑmo blādis ꝟmo

nibꝰ. ꝛ inde minis cepit eaꝫ coartare.
At ipā ait. Quicq̄d vis age. q꞉ qd̄ q̄
ris nō poterꝭ iuenire. Sic eni pꝫ quō
b. Agnes dilexit dn̄m. ¶ Scd̄o ꝓpt̄
qd̄ deꝰ diligit hoīeꝫ ē fides. i. credere in
deū. Ioh. xvj. Ipſe eni pr̄ amat vos.
q꞉ vos me amaſtis: ꝛ credidiſtis q꞉ a
deo exiui. Sine fide eni impoſſibile ē
placere deo. Btā agnes firmā fidē ha
buit. Vn̄ legit̄. Cūq̄ꝫ ꝑfectꝰ vim ei in
ferre nō poſſꝫ: q꞉ nobilˀ erat. titulū xp̄i
anitatis ei oppoſuit dicens. Vnū ex
duobꝰ elige. Aut ſacrifica dijs noſtrꝭ
cū alijs ꝟginibꝰ. aut cū meretricibus
ſcortaberis i lupanari. Agnes rn̄dit.
Minas tuas ꝯtēno ꝛ neutꝝ illoꝝ fa
ciā. vnigenitꝰ dei filiꝰ quē ignoras dfē
ſor meꝰ ē: ꝛ angelus eiꝰ cuſtos ē corpis
mei. Tūc ꝑfectꝰ iuſſit eaꝫ expoliari et
nudā ad lupanar duci. Tātā denſita
tē aūt capillˀ eiꝰ dn̄s ꝯtulit vt meliꝰ ca
pillis q̄ꝫ veſtibꝰ tegeret̄. Ingreſſa aūt
turpitudis locū angelū dn̄i ꝑparatū in
uenit q̄ locū claritate nimia illumina
uit. eiq̄ꝫ ſtolā cādidā īduit. Sic pꝫ fi
des beate agnetꝭ. q̄ dū dijs ſacrificare
nollꝫ nuda ad lupanar ducta ē ¶ Ter
ciū ꝓpt̄ qd̄ deꝰ hoīeꝫ diligit ē caſtitas
ſiue mūdicia ꝟginalˀ. puer. xxij. Qui
diligit cordis mūdiciā habebit ami
cū regē. ſ. celeſtē. Vn̄ q̄bꝰ laudibꝰ cō/
mēdāda ſit ꝟgitas neſcio narrare nec
ſufficio. Virgitas deū ꝯcepit et ꝑpit.
ꝟgitas matrē dei ꝟginē i ꝯmēdatiōeꝫ
ſuſcepit. ꝟginitas ſola q̄cūq̄ꝫ ierit ſin/
gulari glīa ꝛ honore comitat̄ in celis.
Hāc habuit. b. Agnes. ꝛ iō xp̄s ſpē/
ſus dilexit eā ꝛ eā i lupanari imacu la
tā ꝯſuauit. Vn̄ legit̄. Prefecti aūt fi
liꝰ cū alijs iuuenibꝰ ad lupanar vēit.

⁊ eos ꝑus añ ſe īmiſit. [illegible]ui videntes
tātā claritatē circa eā: territi et ꝯpūcti
redierūt. Quos ille filiꝰ ꝑfecti miſeros
appellauit. ⁊ ad eā intrās cū eā vellet
tāgere: ī ipm lumē irruit. Qui cū deo
non dediſſet honorē ſuffocatꝰ a diabo
lo expirauit. Qđ ꝑfectꝰ audiēs cū in/
gēti ploratu ad eā vēit: ⁊ cāz mortꝭ di
ligētiꝰ ſcrutat̄. Cui Agnes. Ille cꝰ vo/
lūtatē voluit ꝑficere eū occidit. Naz
ſocij eiꝰ viſo miracl'o ꝯpūcti redierūt il
leſi. Cui ꝑfectꝰ. In hꝯ apparebit q̄ nō
magicꝭ artibꝫ hꝯ egiſti ſi ipetrare poterꝭ
vt reſuſcitet̄. Orāte aūt btā agnete iu
uēis ſurrexit ⁊ xp̄m publice p̄dicare ce
pit. Tūc aūt pōtifices ydoloꝝ irati ſi
mul clamabāt Tolle magā: tolle ma
leficā q̄ mētes hoīm mutat ⁊ aīos ali
enat. Prefectꝰ autē viſo tāto miracl'o
eā libare voluit: ſꝫ ꝓſcꝑtōem metuēs
vicariū dereliq̄t. Et q꞉ eaz liberare nō
potuit triſtis abſceſſit. Tūc vicarius
aſpaſiꝰ noīe iuſſit eā ī copioſuz ignem
iactare. Sꝫ flāma ī duas ꝑtes diui/
ſa ppl'm circūſtātē exurebat. ipſa aūt
agnes nō ledebat̄. Tūc aſpaſiꝰ gladi
um in gutture eiꝰ imergi p̄cepit Et ſic
ſpōſus cādidꝰ ⁊ rubicūdus ipſaz ſibi
ſpōſaz ꝯſecrauit ⁊ martyrē. Paſſa au
tē ē btā Agnes vt credit̄ tp̄e Cōſtāti/
ni magni q̄ fuit circa āňos dñi. ccc. ix.
Cū aūt ꝑentes eiꝰ circa ſepulcꝝ vigi/
larēt. octaua die apparuerūt eis chori
ꝟginū ī veſtibꝫ aureis. int̄ q̄s viderūt
btāz agnetē ſilī veſte radiantē. ⁊ iuxta
eā agnū niue cādidiorē ſtantē. Et di
xit Agnes. Videte ne me q̄ſi mortu/
am lugeat̄. ſꝫ ꝯgaudete mecū ⁊ ꝯgtu
lami. q꞉ cū his oībꝫ lucidas māſiōes
accepi. Et ꝑpt hāc viſiōz celebꝛat̄ fe/
ſtū [illegible]etis. Cōſtātina aūt ꝟgo filia
ꝯſtā[illegible]diēs hāc viſionē q̄ lep̄ gra
uiſſima la[illegible]bat: tumuluz eiꝰ adijt
⁊ ibi dū ī orōn[illegible]ſiſteret obdormiuit
Viditq꞉ beatā agnetē ſibi dicētē. Si
ī xp̄m crediderꝭ ꝯtinuo ſanaberꝭ. Ad
hāc vocē euigilās ꝑfecte ſe ſanatā in/
uenit. Que baptiſmū recipiens ſuper
corpꝰ btē Agnetꝭ baſilicā fecit. et ibi ī
ꝟginitate degēs multas ꝟgines exem
plo ſuo aggregauit. Quidā vir noīe
Paulinus in eccleſia ſctē Agnetis ſa
cerdotij fungēs officio: mira cepit car
nis tēptatione vexari, Sed cū deū of
fendere nollet a ſummo pōtifice licen
tiā petijt ꝯhendi. Cuiꝰ bonitatē ⁊ ſim
plicitatē papa ꝯſiderās anulū ei cuz
ſmaragdo dedit. Et iuſſit vt imagini
formoſe btē agnetꝭ q̄ ī ſua eccl'ia picta
erat ex ꝑte ſui p̄cipet vt ſe ꝑmitteret de
ſponſari. Cūq꞉ hec ſacerdos imagini
imꝑaret: illi ꝯtinuo digitū anularez
porrigēs ⁊ anulō ſuſcepto retrahens:
oēm temptatōez a ſacerdote fugauit
Predictꝰ aūt anulus adhuc dr̄ in di
gito eiꝰ apparere. Itē Amb. Btā ag
nes generoſitatꝭ oblectamēta deſpici/
ens celeſtē meruit dignitatē. Socie/
tatis hūane vota ꝯtēnēs. eterni regis
ſociata ē ꝯſortio. p̄cioſaz mortē p xp̄i
ꝯfeſſione ſuſcipiēs ſilī ē ei facta.

De ſctō Vincētio. Sermo. xxj.

# Emo coro

n bitur niſi q̄ legitime cer/
tauerit. id eſt fideliter. ij.
Thim̄. ij. Verba iſta bn̄ ꝯueniūt be/
ato Vincētio q̄ ꝑ lōgū certamē meru
it coronā eternā. ¶ Sciēdū q̄ corona

vite multis modis acq̄rit̄. P[illegible]mo p
tolerātiā tribulationū. Ja[illegible]tūs
vir q̇ ſuffert tēptatiōꝫ. [illegible]cū pbatus
fuerit accipiet coron[illegible] vite. Exēplū de
quodā iuuene q̇ ſeptē vicibꝫ tēptabat̄
ſup cuiꝰ capite vidit q̇dā ſctūs ſeptēꝫ
coronas. ¶ Sc̄do acq̄rit̄ corōa vite p
fidei ꝯſtantiā ſiue pſeuerantiā. Apo/
cal'.ij. Eſto fidel'.i. ī fide ꝯſtans. vſqꝫ
ad mortē: et dabo tibi coronam vite.
Nō dat̄ corona incipiētibꝫ: ſꝫ ī fine fi
delit̄ pſeuerantibꝫ. Hiero. Nō eni in
cepiſſe ſꝫ pfeciſſe ꝟtutis ē. Vn̄ Pau/
lus.ij. Thim̄.iiij. Curſuꝫ.ſ. vite mee
ꝯſummaui. fidē ſuaui. iō repoſita eſt
mihi corona iuſticie. Sic btūs Vin
cētius vitā ꝯſummauit. iō meruit vi
tā eternā. Vn̄ legit̄ ꝙ Vincētiꝰ nobil'
genere: ſed fide ac religione nobilioꝛ.
beati Valerij epi diaconus fuit. Cui
ep̄s vicē ſuā ꝯmiſerat. qꝛ expeditioꝛis
lingue erat. ⁊ ipſe oꝛōni et ꝯtēplatiōi
vacabat. Juſſu ḡ Daciani p̄ſidis va
lētiā trahunt̄ ⁊ diro carcere mācipant̄
Cūqꝫ eos fame pene defeciſſe crederet.
eos corā ſe duci iuſſit. Quos cum ſa
nos cerneret ⁊ gaudētes: iratus ī hāc
vocē prupit. Quid dicis tu Valeri:
q̇ ſub noīe religionis ꝯ decretū princi/
pū facis p̄dicando Jhm crucifixum?
Cūqꝫ aūt. b. Valerius lenit̄ rn̄deret:
dixit Vincētius. Noli pr̄ q̄ſi timida
mēte ſbmurmurare. ſed libera voce ex
clama. Si aūt iubes pr̄ ſctē: rn̄ſis iu/
dicē aggredioꝛ? Cui ille. Jā duduꝫ ti
bi fili chariſſime loquēdi curā ꝯmiſe
rā. et nūc p fide xp̄i p q̄ aſtamus rn̄ſa
ꝯmitto. Tūc Vincētius ꝯuerſus ad
Dacianuꝫ. Hactenus inq̇t ſermo tu
us de te negāda fide xp̄i fuit. ſed ſcias

[illegible]ephariū e[illegible]pud xp̄ianoꝝ ſapiam
cultū diuinū abnegādo blaſphema/
re. Tūc iratus Dacianꝰ ep̄m in exiliū
mitti p̄cepit. Vincētiū ꝟo tanqꝫ ꝯtu/
macē ⁊ p̄ſumptuoſuꝫ iuuenē ad terro
rē alioꝝ ī eculeo diſtēſuꝫ mēbris oībꝫ
dilaniari. Cū aūt toto corpe diſſipa/
ret̄: dixit dacianꝰ. Dic vincēti vbi nūc
tuū miſeꝝ corpꝰ ı̄ſpicis? At ille ſbridēs
ait. Hoc ē q̇d ſp optaui. Tūc iratꝰ iu
dex cepit ei oīa genera tormētoꝝ mi/
nari niſi fidē xp̄i abnegaret. Cui Vin
cētius. Jnſurge miſer et toto maligni
tatis ſpū debachare. ⁊ videbis me dei vir
tute plꝰ poſſe q̇ torq̄oꝛ q̄ꝫ ipſe poſſis q̇
me torq̄s. Tūc p̄ſes cepit clamare et
carnifices virgis ⁊ fuſtibꝫ ꝟberare. Et
ait Vincētius. Quid facis Daciane?
Ecce tu ipſe me vindicas de apparito
ribꝫ meis. Tūc p̄ſes factꝰ amēs dixit
carnificibꝫ. Miſeri q̄re nihil facitis:
cur deficiūt manus vr̄e? Adulteros ⁊
parricidas vincere potuiſtis. ⁊ nūc ſolꝰ
vincētiꝰ vr̄a pōt ſupare tormēta. Tūc
carnifices pectines ferreos vſqꝫ ad iti
ma coſtaꝝ fixerūt. ita vt de toto corpe
eius ſanguis efflueret. ⁊ ſolutis coſtaꝝ
cōpaginibꝫ viſcera interna paterent.
Et ait p̄ſes. O vincēti miſerere tui vt
poſſis tā pulcrā recupare iuuētutē. et
fac q̄ iubeo ne maioꝛa inferaꝫ tibi toꝛ
mēta. Et ait Vincētius. O veneno/
ſa diaboli lingua tormenta tua nō ti/
meo: ſed hoc ſolū valde timeo ꝙ te fingis
mihi miſereri. Nā quo te magis iratū
video eo ampliꝰ exulto. Nolo aūt vt
aliq̇d de ſupplicijs minuas vt victū
te in oībꝫ fatearis. Tūc iuſſit eū de ecu
leo ſumi ⁊ ſup craticulā aſſari. quam
ipſe ſponte aſcēdit. Miſtri aūt vna cū

ferreis ꝯpreſſerēt eū ꝛ [redacted] corp⁹ ei⁹ vndiqȝ vulnerauerūt. ſal inſup ſpſerūt. ꝛ viſcera de corpe ei⁹ labētia depēderūt. Ipe aūt erectis i celū oc̄lis dn̄m adorauit. Cūqȝ miſtri hec daciano retuliſſent: ait dacian⁹. Heu vincimur. Et iuſſit eū i tenebroſuȝ carcerē icludi. ꝛ pedes ei⁹ ligno ifigi. ꝛ teſtas acutiſſimas ſub eo poni. ꝛ ſine oi hūano ſolatio ſup teſtas relinq̄re. Qđ factū eſt. Sȝ ecce rex p q̄ miles patit̄ penā mutat i gl'iaȝ. Nā tenebre carcer̄ ab imēſa luce expellūt̄. Teſtaꝝ aſpitas i oim floꝝ ſuauitatē mutat̄. pedes diſſoluūt̄. ꝛ āgeloꝝ ſalutatōe pfruit̄. Cūqȝ cū angel' pſallēs ſup flores incederet modulatio dulc̄ ꝛ mira ſuauitas for̄ ꝑcul diffundit̄. Perterriti cuſtodes cū p rimas carcer̄ qđ int⁹ erat vidiſſent: ad fidē ꝯuerſi ſunt. Hec audiēs dacian⁹ amēs fact⁹ ait. Et q̄d ei ampli⁹ faciem⁹. Ecce ei iā victi ſum⁹. trāſferat̄ ad lectū. ꝛ ſtramētis molliorib⁹ repoāt̄ ne p tormēta maḡ glorioſus efficiat̄. Cūqȝ i lecto poſit⁹ eēt ꝛ ibidē paululū q̄euiſſet ſtati ſpūm tradidit. Circa āños dn̄i. cclxxxvij. ſb Dyocleciano ꝛ Maximiano. Quo audito Dacian⁹ vehemēter ſic ſe victuȝ dolēs ait. Si n̄ potui eū ſupare viuētē. puniā eū defunctū. Iuſſu ḡ daciani corp⁹ ei⁹ ad cāpū ab auib⁹ ꝛ beſtijſ deuorādū exponit̄. Sȝ ſtati āgelorū cuſtodia p̄munit̄. ꝛ itactū a beſtijſ cōſeruat̄. Deniqȝ cor̄u⁹ ingluuiei dedit⁹ alias aues ſe maiores ipetu alaꝝ abegit. ꝛ lupū occurrentē morſib⁹ ꝛ clamorib⁹ effugauit. q̄ reflexo capite in aſpectu corpis ſacri fix⁹ cernit̄. vt pote q̄ ibidē angeloꝝ cuſtodia muniebat̄. [redacted] audiēs Daciā⁹ ait. Puto q̄ nec [redacted]tū potero ſupare. Iuſſit ḡ lapide [redacted] ad corp⁹ ei⁹ ligari ꝛ i mari ꝓijci. Q[redacted] factū eēt ſtatim corpus ei⁹ ad litt⁹ red[redacted]pulſqȝ illi q̄ eū ſbmerſerāt. Qđ q̄dā dn̄a iuenit ꝛ honorifice ſepeliuit. De h̄ martyre ſic dic̄ Auguſti. Btūs Vincēti⁹ vicit i verbis. vicit i penis. vicit i ꝯfeſſiōe. vicit i tribulatōe. vicit exuſt⁹. vicit ſbmerſus. vicit tort⁹. vicit mortu⁹. Amb. i pfatione ſic ait de ipo. Torq̄t̄ vincēti⁹. tondit̄. flagellat̄. exurit̄. Sȝ iuict⁹ p ſctō noie anim⁹ nō ꝯcutit̄. pl⁹ ardens igne zeli q̄ȝ ferri. pl⁹ nectit̄ amore celi q̄ȝ ſecli pl⁹ voluit placere deo q̄ȝ foro. pl⁹ dilexit mori mūdo q̄ȝ dn̄o.

## In conuerſione ſancti Pauli. Sermo. xxij.

v As electionis eſt mihi iſte vt portet nomē meū. Act. ix. Poſt paſſionē dn̄i facta ē pſecutio magna in xp̄ianos. ꝛ iudei apphēdētes btm̄ Stephanū lapidabāt eum. ꝛ btūs paul⁹ q̄ tūc ſaul⁹ dicebat̄ lapidantiū veſtimēta cuſtodiebat. Hic petijt epiſtolas a p̄ncipe ſacerdotū q̄ erat i hieruſalē vt iret in Damaſcū. ꝛ ſi ibi aliq̄s xp̄ianos iueniret victos pduceret i hierl'm. Et cū appropinq̄ret damaſco. circūfulſit eū lux d̄ celo. ꝛ cadēs in terrā audiuit vocē dicētē ſibi. Saule ſaule q̄d me pſeq̄r̄. Qui dixit. Quis es dn̄e? Et ille. Ego ſum ih̄s nazarenus quē tu pſeq̄ris. durꝝ eſt tibi ꝯ ſtimulū recalcitrare. ꝛ tremēs ac ſtupēs dixit. Dn̄e q̄d me vis facere? q̄ſi dice

ret. Indica mihi volũtatẽ tuã. [illegible]a/
tus ſum tibi obedire. Ad q[illegible]s.
Surge ⁊ ingredere ciuita[illegible]ibi di/
cet̃ tibi q̇d te opteat fa[illegible]e. Uiri aũt
q̇ comitabant̃ cũ eo [illegible]abãt ſtupefacti
Audiẽtes q̇dẽ vocẽ ſꝫ neminẽ vide/
rũt. Surrexit aũt ſaulꝰ de terra. aptiſ
qꝫ oculꝭ nihil videbat. Per manꝰ aũt
eũ poſtea trahẽtes introduxerũt euꝫ
in ciuitatẽ Damaſcũ. ⁊ erat ibi tribꝫ
diebꝫ nõ mãducãs neqꝫ bibẽs neqꝫ
vidẽs. In q̃ triduo credit̃ didiciſſe a
ſpũſctõ euãgeliũ. Erat aũt damaſci
diſcipulꝰ xpianꝰ noĩe Ananias. ⁊ di/
xit ad eũ dñs in viſu. i. ĩ viſiõe. Ua/
de ⁊ q̃re ſaulũ. Cui ananias. Dñe au
diui a viro h̃ q̃nta mala fecerit his q̇
credũt ĩ noĩe tuo. Ad quẽ dñs. Ua/
de qꝛ vas electõis ẽ mihi iſte id ẽ vaſ
electũ. vt portet nomẽ meũ corã gen
tibꝫ ⁊ regibꝫ ⁊ pplĩs iſrl̃. Abijt ğ ana
nias ⁊ dixit. Saule frat̃ dñs ihũs q̇
tibi apparuit ĩ via me miſit ad̃ te vt
videas ⁊ ipleariſ ſpũſctõ. Et cũ bapti
ſaret̃ ceciderũt d̃ oculꝭ eiꝰ tãqꝫ ſquame
⁊ viſuꝫ recepit. ⁊ ꝯtinuo ĩtrauit ſyna
gogã ⁊ p̄dicauit ihm q̃m ipẽ ẽ xpus.
Et cũ iſidiarent̃ ei iudei ⁊ vellẽt eum
occidere. xpiani eũ ſubmiſerũt p muru
rũ in ſporta. ⁊ ſic euaſit veniẽs hieru
ſalẽ ꝯiunctꝰ ẽ aplĩs. ¶ Sciẽdũ ãt cir/
ca p̄dicta ꝙ h̃ nomẽ bñdictũ ihs por
tãdũ ẽ corde ore ⁊ ope. Corde de ipo
ſedule cogitãdo. Ore d̃ ipo libẽter re
ferẽdo. Ope oĩa opa nr̃a in noĩe ipĩꝰ
faciẽdo. Debẽꝰ aũt h̃ nomẽ portare p
pt̃ tria. Prĩo qꝛ p̄ſtat dulcedinẽ me
ditãtibꝫ ĩ deuotõe. Scđo. qꝛ dat for
titudinẽ oĩbꝫ ĩuocãtibꝫ ĩ tribulatõe.
Tercio qꝛ ſanat egritudinẽ ĩinfirmã

tib[illegible] corpalẽ [illegible]ualẽ. ¶ Prĩo autẽ h̃
nomẽ habẽdu eſt ĩ corde. qꝛ dat eter
nã dulcedinẽ oĩbꝫ d̃uote meditãtibꝫ
Berñ. Ihs eſt mel ĩ ore. melos ĩ au/
re. iubilꝰ in corde. Richar. de ſctõ vi/
ctore. Ihs ẽ dulce nomẽ ſup oẽ dele/
ctabile. Berñ. Si ſcribis ñ ſapit mi
hi niſi legerẽ ibi ihum. Si diſputes
vl̃ ꝯferas nõ ſapit mihi niſi ſonuerit
ibi ihs. q̃ſi di. Omẽ qđ ſcribi pt̃ vl̃ le
gi nõ dat aliquã dulcedinẽ mihi ni/
ſi audiero h̃ nomẽ ihs. Huiꝰ bñdicti
noĩs dulcedinẽ ſenſerat btũs Pau/
lus. qꝛ freq̃nt̃ h̃ bñdictũ nomen p̄di
cauit ⁊ in ſuis epiſtolꝭ ſcp̄ſit. Legit̃ em̃
eũ h̃ nomẽ ihs q̇ngẽtis vicibꝫ ĩ eplĩs
ſuis noĩaſſe. Scđo debemꝰ h̃ bñdi/
ctũ nomẽ portare ĩ corde. qꝛ dat for/
titudinẽ oĩbꝫ ĩuocãtibꝫ in tribulatio
ne. Uñ Ber. Ihs ẽ cibꝫ ꝯfortãs. nã
totiẽs ꝯfortariſ q̃tiẽs recordariſ. q̃i di.
Utiqꝫ ihs h̃ bñdictũ nomẽ ẽ cibꝫ ſpi
ritualꝭ oĩbꝫ ĩuocãtibꝫ illud. ita ꝙ nul/
la tribulatõe hõ ſupari pt̃. nullo mõ
ſcti martyres ⁊ ꝟgines potuiſſent tã/
tas penas ſuſtinuiſſe niſi h̃ nomẽ ihſ
qđ in ore ⁊ corde portabãt eos ꝯfor/
taſſet. Uñ legit̃ Act̃. v. de aplĩs. Cuꝫ
nomẽ ihu xpi p̄dicarẽt. adducti ſunt
ad ꝯciliuꝫ ⁊ flagellati ſunt ⁊ p̄hibiti
ne oĩno h̃ nomẽ p̄dicarẽt. Ibãt autẽ
gaudẽtes a ꝯſpectu ꝯcilij. q̃m digni
habiti ſunt p noĩe ihu ꝯtumeliã pa/
ti. Berñ. Mlti iuuenes. ſenes. ꝟgi/
nes ⁊ mlĩeres elegert̃ magꝭ mori mil/
le mortibꝫ q̃ꝫ a ꝯfeſſiõe illiꝰ noĩſ amo
ueri. Uñ ait Paulꝰ Act̃. xxj. Ego ñ
ſolũ alligari ſꝫ etiã mori parꝰ ſum in
hieruſalẽ ppt̃ nomẽ dñi mei ihu xpi.
Quõ em̃ btũs paulꝰ potuiſſet tantã

ſuſtinuiſſe niſi h̄ no[redacted]ſ
ſet. Vñ ait ipe in q̄dā loco. Oīa poſ/
ſum ī eo q̇ me ꝯfortat. ⁊ nūerat mlta
q̄ paſſus ē dicēs. Ter ꝟgis ceſus ſuȝ.
ſemel lapidat⁹ ſuȝ. q̇nq̇es q̄dragēas
vna min⁹ accepi. naufragia ꝑtuli. et
mlta alia ſuſtinuit. Tādē cū nomen
xp̄i ꝑ iudeā p̄dicaſſet ꝑ greciā venit
romā. Et cū ibi p̄dicaſſet nomen xp̄i
cōprehēſus ē a nerone ⁊ iuſſus ē decol
lari. Cūq̧ caput ei⁹ amputatū eēt ca
dens ī terrā clamauit. Jh̄s xp̄s trib⁹
vicib⁹. ⁊ facti ſunt tres fontes. Ecce
q̄ꝺ ſibi tā dulce ī vita extiterat ī mor
te obliuiſci n̄ poterat. Et ꝓſiliēs ſcd̄o
clamauit. ⁊ ꝓſiliens tercio clamauit.
Jh̄s xp̄s. in q̇b⁹ loc̄ mox tres fonteſ
ſaliebāt. Tercio debem⁹ h̄ nomē ih̄us
portare ore ⁊ ope. q̄ꝛ ſanat egritudi/
nē corpalē ⁊ ſp̄ualē. Bern̄. Jh̄s ē me
dicina īfirmātib⁹ tā in corpe q̧̄ ī aīa
De p̄mo dꝛ Mar. vl. Signa eos q̇
in me crediderint hec ſeq̄nt̄. Jn noīe
meo demonia eijciēt. ſup egroſ man⁹
īponēt ⁊ bn̄ habebūt. Vñ legit̄ Act.
iij. ꝙ claud⁹ q̇daȝ iacebat an̄ portas
tēpli. ⁊ cū peteret elemoſynā a petro ⁊
iohe. dixit ei petr⁹. Jn nomīe ieſu xp̄i
ſurge ⁊ ambula. ⁊ factū ē. Et cū petr⁹
interrogaret̄ a iudeis q̄ ꝑtāte h̄ feciſ/
ſet. rn̄dit ꝙ in ꝟtute noīs ieſu xp̄i euȝ
ſanaſſet Bern̄. Hoc ē nomē q̄ꝺ cecis
dedit viſum. ſurdis auditū. claudis
greſſum. mortuis vitā. ⁊ diabolū ab
obſeſſis corpib⁹ fugauit. Et nō ſolū
ſanat in corpe ſ; etiā ī aīa. Vñ dic̄ pe
trus Act. x. Oēs ꝓp̄he teſtimoniū ꝑ
hibēt remiſſiōeȝ pctōꝝ accipe ꝑ hoc
nomē ieſus. Saluat ei oēs q̄ credūt
in eū. j. Joh̄. ij. Filioli mei q̄ꝛ remit/
tū[redacted] vobis pctā veſtra ꝓpter nomē
ei[redacted]iiij. Nō eſt in aliq̄ alio ſal⁹.
nec eſt a[redacted]nomē ſub celo hoīb⁹ da
tū in q̄ opte[redacted]ſaluos fieri niſi in hoc
noīe ieſus. Et ſunt ꝟba petri. Bern̄.
Si q̇s in crimē currit inſuꝑ ad laq̄/
um mortꝭ dꝺſperādo. nōne ſi iuocet no
mē vite. ſ. ieſu. ꝯfeſtim reſpirat ad vi
tam. p̄s. Propt̄ nomē tuū dn̄e ꝓpi/
ciaberꝭ pctō meo. mltū eſt em̄. Exem
plū. Jn britania erat q̄dā monial' q̄
in ꝯſuetudīe habebat nomē ieſu xp̄i
ſedule noīare. q̄ tandē ꝑ quēdā iuue/
nē ſeducta erat q̇ cū ea deliq̇t. ⁊ facta ē
publica meretrix pl⁹ q̧̄. xij. ānis. ⁊ q̧̄/
uis publica peccatrix eſſet. tn̄ ex ꝯſue
tudine habebat h̄ nomē ſedule noīa
re. Jnſuꝑ in ſabbatꝭ in honore beate
marie ꝟginis abſtinebat. Jn q̄dā āt
vigilia purificatōis volēs ſe abſtine/
re horreū cuiuſdā viri ſecrete ītrauit.
⁊ obdormiēs videbat̄ ſibi ꝙ duceret̄
ad iudiciū. ⁊ vidit q̄ꝺdā templū btē
ꝟgis. ⁊ q̇cūq̧ ad h̄ ꝯfugeret ſaluabat̄
q̇ āt n̄ fuerat ꝑmiſſuſ ītrare ꝓijciebat̄
in magnū ignē. At ip̄a ꝯfugiēs ad tē
plū. Et cū ītrare vellet occurrit ei ih̄s
in oſtio ⁊ retruſit eaȝ ⁊ p̄cepit eā ꝓijci
ad ignē. Et cuȝ ꝓiecta fuiſſet iteꝝ cla
mauit. ih̄s xp̄s. Et q̄n̄ ſic ḡuit̄ torq̄re
tur ⁊ fortit̄ iuocaret ih̄m. dixit btā ꝟ/
go ad filiū. O fili dilectiſſime miſere
huic peccatrici. mēorās ꝙ nomē tuū
ſedule iuocare ꝯſueuit. ⁊ ꝙ feſtiuita/
tes meas honorauit. Tunc fili⁹ miti
gat⁹ iuſſit eā ꝺtrahi ⁊ dimitti Mlier
aūt ī ſomnis tātū fletū ⁊ clamorē fece
rat ꝙ omnē familiā excitauerat. q̄ ve
niētes īuenerunt eā cōbuſtā. ita ꝙ to
tum corp⁹ ei⁹ fuerat tāq̧̄ carbo niger.

Et interrogata cur illic veniſſet [illegible]
totā ſeriē enarrauit. ⁊ ſp in [illegible]ma/
nēs vitā in bono finiuit.

In purificatõe btē Marie virgis
Sermo.xxiij.

# Ecce venit

ad tēpluz ſctm̄ ſuū dn̄a/
tor domi⁹ Malach.iij.
Nota ꝙ triplex ē tēplū ad qđ dn̄s venit.ſ.ſinglare.materiale.⁊ ſpūale. Tēplū ſinglare ē vter⁹ btē marie virgis. Ad h̄ tēplū dn̄s venit qn̄ hūanā naturā aſſumpſit. De h̄ tēplo dicit p̄s. Sctm̄ ē tēplū tuū mirabile i eq̄tate. q̄ſi di. O dn̄e h̄ tēplū qđ elegiſti tibi in vt̄o ỽginis valde mirabile ē ⁊ ſanctū. Dicit̄ iō mirabile.q2 illū in ſe incluſit q̇ maior ea fuit.ſ.dn̄m celi ⁊ terreq̄ quē tot⁹ mūd⁹ nō capit. Un̄ ip̄a dixit Ecc̄i. xxiiij. Qui creauit me req̇euit in tabnaclō meo. Sāctū fuit q2 ꝑ ſpūmſctm̄ ꝯſecratū fuit. Bern̄. O ſctiſſimū tēpluz ꝑ ſpm̄ſctm̄ ſacrificatū.ꝑ filiū ornatū.ꝑ patrē glorificatū plenū oīm grāꝝ. Tēplū iſtud ꝯſecrauit ſpūſſctūs qn̄ archangelū gabrielē ad btām ỽginē miſit ⁊ ꝯceptōez ſuam nūciauit. Cōſecrauit āt eodē mō q̇ ep̄s tēplū materiale ſolet ꝯſecrare. q̇ tribꝫ vicibꝫ circūit. ⁊ ter pulſat ad oſtiū dicēs. Tollite portas p̄ncipes vr̄as.q̄ſi di. O p̄ncipes tenebraꝝ deponite ꝑtātes vr̄as. ⁊ fugite ab h̄ tēplo vt fiat tēplū ⁊ habitaculū ſpūſſācti. Sꝫ nō apit̄ ei niſi i tercia pulſatione. h̄ mō angel⁹ p̄mo pulſauit ad tēplū btē ỽginis qn̄ eā ſalutauit ⁊ dixit Aue grā plena ⁊c. Sꝫ ip̄a in hac p̄ri ma pulſatōe n̄ apuit oſtiū cordis ſui .i.nō ꝯſenſit. ſꝫ turbata ē in ſmōe ei⁹ .i.āmirabat̄ de tā inſolita ſalutatione angeli.q2 ſepi⁹ āgelos videbat ſꝫ nūq̄ꝫ talia loq̄ntes audierat. ⁊ iō cogitabat q̄lis eēt illa ſalutatio. Tūc angelus ſcđo pulſauit ad oſtiū cordis ſui dicēs. Ne timeas maria īueniſti enī grāz apđ dn̄m. Ecce ꝯci. ⁊ pa.fi. ⁊ vocabis nomē ei⁹ ih̄s. Hic erit magn⁹ ⁊ fili⁹ altiſſimi vocabit̄. Ip̄a enī ad illā ſecūdā pulſationē adhuc n̄ apuit. ſꝫ dixit. Quō fiet iſtđ .i. ꝑ quē modum poſſuz ego ꝯcipe filiū. qm̄ viꝝ nō cognoſco Tūc angel⁹ tercio pulſauit dicens. Spūſſctūs ſupueniet i te. ⁊ virtus altiſſ. obū.tibi.id ē fili⁹ altiſſimi aſſumet corp⁹ a te. in q̇ corpe obumbrabit̄.i.abſcōdet̄. Un̄ Iſa.xlv. Uere tu es de⁹ abſcōdit⁹. Iōq2 ⁊ qđ naſcet̄ ex te ſanctū vocabit̄ fili⁹ dei. Tūc ad terciā pulſatōez apuit oſtium ſui cordis. ⁊ cōſenſit dicēs. Ecce ancilla dn̄i fiat mihi ſm verbū tuū. Et ſtatī fili⁹ dei i ei⁹ vtero ꝯcept⁹ ē pfectus de⁹ ⁊ pfect⁹ hō. Et i illa die tāte potētie et ſapiē extitit q̄nte i.xxx.āno fuit. Poſt q̄ꝫ aūt ep̄s aliqđ tēplū ꝯſecrauit. tūc ꝓhibet ſub pena excōicatōis ip̄i⁹ violationē faciēs pacez hoībꝫ ihabitātibus.ita ꝙ oēs malefici q̇ ad ip̄m ꝯfugiūt a ſuis inimic̄ ſecuri ſint. Eodez mō ſpūſſctūs h̄ tēplū ꝯſecrauit ⁊ pacificauit. ita vt oēs pctōres q̄ntūcūq̄ꝫ deū offenderūt ſi ad ip̄ꝫ ꝯfugerint ſine dubio pacē īueniēt. ⁊ ab hoſtibꝫ ſuis ⁊ diabol̄ ſecuri erūt. Unde dn̄s Iſa.xvi. Apud te habitabūt ꝓfugi mei.i.pctōres. ⁊ q̇ fugerūt a me peccādo īueniēt grām ad te ꝯfugiendo.

Aug⁹. O btiſſima vgo maria. ſicut oīs auerſus a te neceſſe ē vt pereat. ita oīs ad te ꝯuerſus īpoſſibile ē vt pereat. Anſ. O btā fiducia tu es refugiū tutū miſeroꝝ pctōꝝ. Bern̄. O btiſſima maria vgo q̄s tuā miſcdiam ad plenū enarrare pōt pctōrē q̄ntūlibet fetidū ⁊ īmūdū ⁊ toti mūdo deſpectuȝ nō deſpicꝭ nec deſerꝭ ſȝ tremēdo iudici miſeꝝ recōcilias. Exēplū. Apud ſyciliā anno dn̄i. lxxiij. fuit q̄dā vir noīe Theophil⁹ cuiuſdā epī vicedn̄s. qui tā prudēter ſb epo res eccl'iaſticas diſpēſabat ꝙ mortuo epo eū dignū epatu oīs ppl's acclamabat. At ille vicedoīatu ꝯtēt⁹ aliū epm maluit ordinari. Tādē ab officio p epm ſuū ē depoſit⁹ ⁊ in tātā deſpatōeȝ delapſus vt ad ſuā dignitatē recipiēdā cuiuſdaȝ iudei malefici ꝯſiliū expeteret. Jlle ḡ diabolū aduocauit. Aduocat⁹ ē etiā Theophil⁹ q̄ iuſſu demōis xp̄m ⁊ ſuā matrē ⁊ oēs ſctōs dei abnegauit. ⁊ xp̄iane religioni renūciauit. ⁊ ſup h̄ cyrographū ſcpſit ⁊ dedit demoni ⁊ ſigillauit. Jn craſtinū ḡ ꝓcuratōne demōis theophil⁹ in grām epī recipit ⁊ pſtine dignitati reſtituit. Tādē ad ſe cōuerſus de eo qd̄ fecerat valde igemuit. et ad vginē gl'iosā tota mētꝭ deuotōe ꝯfugit. Quadā ḡ vice ſibi ī viſiōe apparuit btā vgo. ⁊ de facto eū redarguit ⁊ diabolo renūciare p̄cepit. ⁊ xp̄m dei filiū ⁊ oē xp̄ianitatꝫ ꝓpoſitū ꝯfiteri fec. ⁊ ſic ip̄m ī filij ſui gratiā recupauit. et ad iudiciū eū p̄ſentauit. Jteꝝ ſibi apparuit ⁊ cyrographū quod diabolo dederat ſibi reddidit. ⁊ ſup̄ pect⁹ ſuuȝ poſuit. Qd̄ factū theophil⁹ ad laudē btē marie vginis oīb⁊ manifeſtauit. ⁊ in ſuitio ei⁹ pſeuerauit. ¶ Jtē aliud exēplū. Abbatiſſa q̄dā btē vgini valde deuota a ſpū fornicatōis tēptat. et tādē vincit a iuuene q̄dā īpgnat. Jlla vo cū grauida eēt ſup modū turbat neſciēs q̄d faceret ⁊ q̄ ſe diuerteret tandē btē vgini ſe totā cōmiſit. Cuȝ aūt ad epm pgeret eo ꝙ ſibi eēt accuſata. qd̄dā tēplū btē vginis marie ptranſiēs intrauit ⁊ an̄ imaginē beate marie vginis ſe ꝓſternēs orauit. ⁊ miſerā peccatricē ſe ꝯfeſſa ē dicēs. O beatiſſima mat miſcdie nullū ſcio adiutorē. ex q̄ grauiſſime offendi meū creatorē ꝯfugio ad ꝯſiliū grē tue. Quo ſecuri⁹ fugiā niſi ad te. q̄ mr̄ grē ⁊ miſericordie appellari meruiſti. Suſcipe ergo me miſerā ad te ꝯfugiētē ꝓpt amorē filij q̄ te in matrē ꝑelegit. Cūq; hec ⁊ ſilia ꝓferret. vidit btām vgineȝ cū mltitudine angeloꝝ aſſiſtentē ⁊ dicentē. Surge filia iā ſecura nihil mali patiarꝭ. ⁊ ampli⁹ noli peccare. Et h̄ dicens pueꝝ de ei⁹ vtero accepit ⁊ vni angeloꝝ tradidit dicēs. Defer pueꝝ hūc ad talē heremitā dicēs ei. Hunc pueꝝ mittit tibi mat dei. ⁊ ſic euigilāſ abbatiſſa īuenit ſe p oīa liberatā. ⁊ leta veniēs ad epm cū accuſaret negauit ſe pueꝝ geſtare. Et fecit eps h̄ diligēter p matronas pſcrutari. Que dixerūt eaȝ nullū pueꝝ ī vtero portare. Et irat⁹ eps voluit pplm grauare ꝙ ip̄aȝ diffamaſſent. Jpa aūt h̄ epo ad laudē btē vginis marie ⁊ ſolatiū pctōrū oīb⁊ narrauit. ⁊ interim eps miſit ad illū heremitā ⁊ īuenit pueꝝ. ⁊ btā vgo maria ore oīm collaudabatur. ¶ Scdo venit dn̄s ad tēplū materiale qd̄ erat in hieruſalē. de q̄ īueniēs ī



175

ſer.ſeqnti.¶ Tercio venit ad te[redacted]
ſpũale.ſ.ad aĩam iuſti quã ſi[redacted]
ſctũs ĩ baptiſmo ↄſecrauit [redacted]pellens
ab eo diabolũ vt ipe ĩ e[redacted]itare poſſit
qñ dic ſacerdoſ. Exi[redacted] eo imũde ſpi
rit⁹ da locũ ſpũiſcõ Et ſic eps ↄſecrãſ
eccliã ter pulſat ad oſtiũ. ſic ſacerdos
ter pulſat anteq̃ȝ puerum immergat
Pˀio dic. Abrenũcias ſathane ⁊ põ
pis ei⁹? Scḋo dic. Credis ĩ deũ prẽȝ
oipotẽtẽ ĩ filiũ ⁊ ſp̃m ſctm̃? Tercio q̃/
rit. Uis baptiſari? Et rñdẽt patrini.
Uolo. Tũc baptiſat eũ imergendo.
In noĩe p̃ris ⁊ fi.⁊c. Et tũc aĩa bapti
ſati ẽ facta tẽplũ ſpũſſcti. Uñ apl's.j.
Chorꝫ.iij. Neſcitis ꝙ tẽplũ di vos eſtis
⁊ ſpũſſctũs hitat ĩ vob In iſto tẽplo
debẽt eẽ mlta ſpũalr̃ q̃ ĩuenim⁹ in ipo
tẽplo materiali. In tẽplo iſto dȝ eẽ al
tare bñ ornatũ.i. mũda ⁊ ornata ↄſcia
De h̃ altari legit̃ Leui.vj. Ignis ĩ al
tari meo ſp ardebit quẽ nutriet ſacer
dos ſubijciẽs lig̃ mane ⁊ veſpe p ſin/
gulos dies Uñ Gre. Altare dei ẽ cor
nr̃m in q̃ ardere dȝ ignis charitatis.
quẽ veſpe ⁊ mane nutrim⁹ dũ xp̃ȝ ma
ne iudicatũ ⁊ veſpe crucifixum recoli
m⁹. Sacerdos iſte ẽ mẽoria aĩe. Iſte
ſacerdos auget ⁊ nutrit ignẽ veſpe qñ
cogitat q̃nta de⁹ p nob ſuſtinuit. q̃ ve
ſpe ꝓpt̃ nos turbat⁹ fuit vſq̃ȝ ad mor
tẽ Iſte ignis.ſ.charitatis ẽ q̃ ardere dȝ
in altari cordis. videat ãt q̃libȝ quõ
nutriat illũ ignẽ ĩ altari cordiſ ne ipo
nat aliũ ignẽ. ⁊ ne ↄtigat ei ſic nadab
⁊ abiu. q̃ cũ offerrẽt alienũ ignẽ corã
dño extincti ſunt ab igne. ⁊ mortui ſt̃
vt dr̃ Leui.x. Ignẽȝ alienũ offerũt q̃
ignẽ rãcoris ⁊ inuidie ĩ cordib⁹ ſuis
hñt. q̃ nõ vult dñs offerri ĩ altari ſuo

[redacted] v. [redacted]fers mun⁹ tuũ ad al/
tare. ⁊ recordat⁹ fueris ꝙ frat̃ tu⁹ hȝ ali
q̃d aduerſũȝ te. relinq̃ ibi mun⁹ tuũȝ
⁊ vade ꝑus recõciliari fratri tuo. ⁊ tũc
veniẽs offer mun⁹ tuũ. Ignis inuidie
ſine odij conſumit illũ q̃ ipm offert.
Chriſ. Inuidia ẽ ignis inextinguibil'
q̃r ſic tinea ↄmedit veſtimẽta. ſic inui/
dia ↄſumit illũ q̃ zelat. De talib⁹ q̃ p
ignẽ inuidie accedũt tẽplũ dei dic ps.
Incẽderũt igni ſanctuariũ tuũ. ⁊ i ter/
ra polluerũt tabnaculũ tui.i. tẽp luȝ
nois tui Apl's.j.Chorꝫ.iij. Si q̃s tẽ
plũ dñi violauit p maliciã. diſpdet
illũ dñs p mortẽ et̃nã. Scḋo dȝ eẽ ĩ
tẽplo aĩe crucifix⁹. p qḋ ſignificat̃ me
moria dñice paſſiõis. Tercio dñt ĩ il
lo tẽplo eẽ imagines p q̃s ſignificant̃
ſctõꝝ exẽpla. Exẽplũ hũilitatis hẽm⁹ ĩ
xp̃o q̃ dic. Exẽplũ dedi vob vt queãd
modũ ego feci ⁊ vos ita faciatis. Exẽ/
plũ caſtitatis hẽm⁹ ĩ maria ꝟgine. Exẽ
plũ ſctitatis hẽm⁹ ĩ iohe bap. Exẽplũ
orõnis ĩ b. Jacobo. Exẽplũ patiẽtie ĩ
btõ Uincẽtio. Exẽplũ pñie ĩ btã ma
ria magḋ. Exẽplũ ↄfeſſiõis ĩ btõ au/
guſtino. ⁊ ſic de ſilib⁹ ſctis q̃ diuerſis
pollebãt ꝟtutib⁹. Quarto dȝ eẽ in tẽ
plo aq̃ bñdicta. p quã ſig̃t aq̃ cõpun
ctõis lacrimaꝝ. Quĩto icenſũȝ deuo/
te orõnis. ps. Dirigat̃ ad te dñe orõ
mea ſic incẽſũȝ ĩ ↄſpectu tuo.¶ Notã
dũ ẽ circa purificatõeȝ ꝙ dñs p̄cepit
Leui.xij. ꝙ mlier q̃ ſuſcepto ſemie fili
um pepiſſet. imũda eẽt ſeptẽ dieb⁹ a
ↄſortio hoĩm ⁊ ab ĩgreſſu tẽpli. Sȝ
cõpletis dieb⁹ ſeptẽ mũda erat q̃ ad
ↄſortia hoĩm. ſȝ adhuc ad triceſimũ
terciũ diẽ imũda manebat q̃ ad igreſ
ſum tẽpli. Tãdẽ cõpletis. xl. dieb⁹ p⁹

ptū die.xl.tēplū i[redacted]
muneribꝫ offerebat. Si aūt femina pepiſſet duplicabant̃ dies ꝙ ad ꝯſortia hoim ꝛ ꝙ ad ingreſſuꝫ tēpli. Btā aūt ꝟgo Maria huic legi purificationis ñ tenebat̃ qꝛ ñ peperat ſuſcepto ſemīe ſꝫ myſtico ſpiramīe. Voluit āt ſe ſubdere legi vt nob exēplū hūilitatis oñderet. ꝛ vt legē dñi adimpleret

De eodem. Ser. xxiiij.

t Ota pulcra es amica mea ꝛ macula nō eſt in te. Cāticoꝝ.iiij. Om̄ feſtū iſtō vocat̃ feſtū purificatōis beate Marie vt oñdat eā ſpūſſctūs totā ēē mūdā ꝛ nll'a purificatōe idigere iō ꝯmēdat eā i ꝟbis ꝑpoſit̃ de pulcritudine ꝛ puritate ſua. Nō em̄ cōmēdat eā de pulcritudie exteriori. qꝛ illa nō ē neceſſaria ad ſalutē. ſꝫ de pulcritudie intiori ꝙ ē i aīa. Cōſiſtit ei pulcritudo aīe i ꝟtutibꝫ. Sciēdū aūt ꝙ btā ꝟgo habuit mltas ꝟtutes ꝙ faciebāt eā pulcrā in aīa. Pria fuit charitas. ſcda caſtitaſ. Iſte due reddūt dō aīaꝫ pulcrā ꝛ acceptā Sap.iiij. O ꝙꝫ pulcra ē caſta generatio cū charitate Charitatē pfectā habuit btā ꝟgo ad deū ꝛ ad pximū. Q, charitatē ad deū habuit ptꝫ ex eo qꝛ mādata dei a iuuētute ſuauit. qd̄ ē ſignū diui amoris. Ioh.xiiij. Si ꝙs diligit me ſmonē meū ſuabit. i. mādata. In h ptꝫ ꝙ deū dilexit. qꝛ libēter p eo morte ſuſtinuiſſet ſi deo placuiſſꝫ. Ber. Tāta vis amoris marie mētē accēderat vt fugiētibꝫ diſcipul' cū lacrimis affixit aiam ſuā cruci. ꝛ ſi mime potuit tñ ex[redacted]it. qꝛ pata fuit mori. Q, aūt di[redacted]d pximū habuit pꝫ ex h qꝛ filiū ſuū [redacted]tip ſalute gener̃ hūani expoſuit. Be[redacted]Maluit btā ꝟgo filiuꝫ crucifigi qꝫ gen' hūanū ꝑpetue nō liberari. Orige. Quid de amore btē ꝟginis dicā ꝙ filiū ſuū vnicū amabat tā ardēter ꝙ neſcio eſtimare. Hec tñ pia ꝟgo ſup afflictos pia geſtans viſcera. amato ꝑuari cupit. vt tali ꝑuatōe hūano generi ꝑdito ſubueniret. Hec charitas fec̃ eā pulcrā in aīa. iō bñ figurata ē p illā ꝟginē ſunamitē. in cui' ſinu dauid rex dormiebat. De ꝙ dꝛ.iij. Reg.j. Rex dauid ſenuerat Cūqꝫ opiretur veſtibꝫ nō calefiebat. Queſiert g ſui ei' ei adoleſcētulā ſpecioſaꝫ i oībꝫ finibꝫ iſrl'. ꝛ iuenert abyſac ſunamitē. ꝛ adduxerūt eaꝫ ad regē. Erat aūt decora nimis. ꝛ dormiebat cū rege ꝛ miniſtrabat ei. Rex aūt nō cognouit eā. Abyſac interptat̃ incenſa. ꝛ ſignificat mariā. que incenſa fuit igne charitatis ad deū ꝛ ad pximū. Hec placuit regi dauid. i. xpo Dauid em̄ interptat̃ manu fortis. et ſignificat regē celeſtē qui fortis eſt ſuper om̄es gētes. ps. Quis eſt iſte rex glorie ꝛc. Iſte rex requieuit i ſinu abyſac. i. in vtero beate virginis nouem menſibus. ipa tamē virginitate integra permanente. Sic patꝫ quomodo beata maria pulcra fuit per charitateꝫ. ¶ Scda virtus que facit animā pulcrā ꝛ deo gratā eſt virginitas ſiue ꝟginalis caſtitas Sap.vj. Incorruptio facit pximū ēē deo. puerb. xxij. Qui diligit cordis mūdiciā habebit regē amiciciā. ſ. celeſtē. Hāc ꝟtutē habuit btā ꝟgo. qꝛ ipa mēte ꝛ cor/

poꝛe ꝟginalē caſtitatē habuit. [redacted]
gi celeſti placuit. Vn̄ ipa bn̄ [redacted]
ta ē p illā pulcrā ꝟginē [redacted] quam
rex aſſuer⁹ ſup oēs dili[redacted]bat. Nota
hiſtoꝛiā Heſter. ij. Rex aſſuer⁹ fec cō
gregari oēs ꝟgines regni ſui vt ex illiſ
eligeret ſibi vnā ꝟginē i reginā. Et in
ter ceteras ꝟgines adducta ē Heſter
pulcra nimis ꝛ decoꝛa facie. ꝛ adama
uit eā rex pl⁹ q̄ȝ oēs alias mlīeres. ꝛ po
ſuit dyadema ſup caput ei⁹. ꝛ fecit eā
ſibi ꝯregnare. Heſter interp̄tat̄ abſcō
dita. ꝛ ſignificat btāȝ ꝟginē q̄ habu/
it theſauꝝ abſcōditū i agro. ſ. theſau
rū ꝟginitat̄ i agro ſui coꝛpis. Virgi/
nitas ei dr̄ theſaur⁹ abſcōdit⁹ Mat.
xiij. Sile ē regnū celoꝝ. i. ꝟgitas the/
ſauro abſcōdito i agro. q̄ theſaur⁹ bn̄
eſt cuſtodiēd⁹. qꝛ ſi ſemel amittit̄ nū/
q̄ȝ recipat̄. Et iō ꝟgines debēt eē in ab
ſcōdito ꝛ nō i publico. Dic̄ em̄ ſic bea
tus Amb. Hoc mō btā ꝟgo theſau/
rū abſcōdit qꝛ ſp iclusa ꝛ raro i publi
co fuit. Vn̄ agel⁹ eā ſolā iuenit. Ber.
Suſpicādū nō ē ꝙ angel⁹ iuenit oſti
um aptū ꝟginis. qꝛ nō miꝝ fuerat vt
freq̄nti⁹ hoim vitaret colloq̄a. vl' orā
tis ipediret̄ ſilentiū. vl' ꝯtinue caſtitaſ
ꝯturbaret̄ vel turparet̄. Propter hāc
pulcritudinē caſtitat̄ ſiue ꝟginitatiſ
eā adamauerat rex aſſuer⁹ id ē rex et/
ne btītudis. Aſſuer⁹ em̄ btītudo int̄/
p̄tat̄. ſup oēs mlīeres hui⁹ mōi. ꝛ po/
ſuit dyadema regni ſup caput ei⁹. et
fecit ſibi eā ꝯregre. ¶ Tercia virt⁹ q̄ fa
cit hoīeȝ i aīa pulcrū ē hūilitas. Hie
ro. Nihil ē q̄ nos deo tā g̃tos efficit
ſic hūilitas. ſic ꝙ ſi vite merito ſum⁹
magni hūilitate ſim⁹ īfimi. Signuȝ
aūt pfecte hūilitat̄ ē ꝙ hō ſeipm vili

[redacted] Bern̄. [redacted] hūilis vilis vult
reputari ꝛ n̄ hūilis p̄dicari. Hāc ꝟtu
tē pfecte habuit btā ꝟgo maria. q̄ ſe/
ipam vilipēdit. ꝛ cū eſſet regina celi ꝛ
terre ancillā ſe dixit Lu. j. Ecce ancil
la dn̄i fiat mihi ſm verbū tuū. Et ite
rū. Quia reſpexit hūilitatē ācille ſue.
Propt̄ h̄ btā ꝟgo maria bn̄ figurata
eſt p illā pulcrā ꝟginē Rachel Gen̄.
xxix. Rachel erat virgo decoꝛa facie ꝛ
venuſta aſpectu. ꝓ q̄ ſeruiuit Jacob.
xiiij. annis. ꝛ videbant̄ ſibi dies pau
ci p amoꝛis magnitudīe Rachel in/
terp̄tat̄ ouis ꝛ ſignificat btāȝ virginē
mariā q̄ fuerat hūilis ꝛ ſimplex tāq̄ȝ
ouis. Hāc adamauit iacob. i. filius
dei. Jacob em̄ interp̄tat̄ ſupplātatoꝛ.
qꝛ ſupplātauit eſau. i. diabolū dua/
bus viaḃ. Pꝛīo qn̄ eū de celo eiecit.
Scdo qn̄ infernū ſpoliauit. Vn̄ di/
xit eſau de eo Gen̄. xxvij. Juſte voca/
tū ē nomē ei⁹ iacob. ſupplātauit eniȝ
me altera vice. Iſte Jacob. i. xp̄s ada
mauit rachel ꝑpt̄ pulcritudinē hūili
tat̄ intātū ꝙ ꝑpt̄ eā ſuitiū mltoꝝ an
noꝝ ſubijt. nō tm̄. xiiij. ſȝ. xxxiij. ānis
ad h̄ eū traxit hūilitas marie Bern̄.
Propt̄ hūilitatē marie rex glīe ꝟgis
pulcritudinē ꝯcupiuit. ꝛ deſcēdēs de
ſinu pr̄is in hūc mōm locū ſibi nō i/
uenit aptioꝛē q̄ȝ coꝛp⁹ ꝟgineū. i q̄ pl⁹
ei placuit hūilitas q̄ȝ virgītas. Si ei
maria hūilis nō fuiſſet filiū dei nō cō
cepiſſet. Sic ptȝ ꝙ maria ꝑpt̄ ei⁹ hu
militatē mr̄ dei effecta ē. Et ipa tā hu
milis ē ꝙ nullū pctōꝛē q̄ȝtūcūq̄ȝ imū
dū ſiue fetidū dſpiat ſi ei⁹ auxiliū hu
milit̄ iploꝛat. Bern̄. O virgo maria
q̄ſ tuā miſcdiaȝ ad plenū poſſit enar
rare. qꝛ tu pctōꝛē q̄ntūcūq̄ȝ fetidū et

toti mo̊do deſpectū no̅ deſpiciꝭ nec [illegible]
ſʒ eū tremēdo iudicii recōciliās. Exē/
plū. Fuit q̇dā monachꝰ valde deuotꝰ
q̇ tēptatōe deuictꝰ lapſus ē i pctm̄ car
nis. ⁊ ppt̄ ꝟecūdiā ꝯfiteri nō audēs
dubitare cepit q̇d faceret. ⁊ totum ſe
ad īuocatiōeʒ btē marie ꝟgis ꝓſtra/
uit. ⁊ mltꝭ p̄cibꝫ eā flagitauit vt eū a
tēptatōe eripet. q̇ audaciā ꝯfitēdi ī/
petrauit. Cū em̄ ī nocte dormiret btā
ꝟgo apparuit ei lōgiꝰ tn̄ inſiſtēs ī ſpe
cie iuuēcule. angelꝭ circūſepta. Quaʒ
vidēs ille cū lacrimis ait. O ꝟgo vir
ginū regina angeloꝝ. ſpes deſolatoꝝ.
ſolamē pctōꝝ. mr̄ miſcdie. mr̄ dei mi/
ſerere mei. qꝛ nullū pctōrē ad te ꝯfu/
giētē repellis. Nūq̇d mihi miſcdiaʒ
tuā ſoli denegare vis. Cūqʒ hec ⁊ ſilia
dixiſſʒ mr̄ miſcdie q̄ndā domū ingre
dit̄. quā ille ſeq̄ns ad pedes eiꝰ ſe ꝓie/
cit dicēs. O mr̄ dei plena oī grā miſe
re mei. At illa eleuāſ eū brachijs am
plexabat̄ eū. ⁊ oſculū ei tribuit ⁊ eua/
nuit. Ille ꝟo euigilās cū mag̃ hilari
tate ad ꝯfeſſorē venit ⁊ pctm̄ ſuū ꝯfi
tēs in ſctā vita pſeuerauit.

## De ſctā Dorothea. Ser. xxv.

Gloriosa ꝟgo ⁊ martyr Dorothea ex
p̄re theodoro ⁊ mr̄e theo
dora ꝓgenita ex nobili ſanguīe ſena/
toꝝ. Illis tpibꝫ viguit pſecutio xp̄ia
noꝝ ī terra romanoꝝ. Vn̄ btūs the/
dorus ſpnēs ydola ⁊ romā relinq̄ns
cū poſſeſſiōibꝫ agrꝭ. vineis. caſtrꝭ ⁊ do
mibꝰ trāſfretauit cū vxore ſua btā the
odora ⁊ duabꝫ filiabꝫ ſuis. ⁊ ī regnuʒ
capadocie ꝑrexit. venitqʒ in ciuitatē

Capad.

[illegible] ibiqʒ habitās genuit filiā de
q nu[illegible]dimꝰ loq̇. Et ipa genita mo
re xp̄iano[illegible]cclīe baptiſata ē a q̇daʒ
ſctō ep̄o q̇ ei [illegible]m̄ īpoſuit ex p̄re ⁊ ma
tre cōpoſitū dorothea. Illa aūt puel/
la inflata ē ſpū ſctō. ꝟtutibꝫ ⁊ pacꝭ di
ſciplinis ībuta. formoſa valde ſuper
oēs filias regiōis illiꝰ. Qd̊ īuidꝰ ſer/
pens inimicꝰ caſtitatꝭ diabolꝰ n̄ ſuſti
nēs. Fabriciū p̄fectū t̄re p̄dicte ī amo
rē gl̄ioſe virgīs ſtimulās vt ipam car
nali ꝯcupia appeteret. Qui mittēs ꝓ
ea ſpōdēs theſauꝝ ſibi ⁊ res abſqʒ cō
poti determīatōe ꝓ dote ꝓdere. ipam
legitimo ducēdā thoro. Audiēs hoc
dulcꝭ dorothea q̄ lutū terre deſpiciēs
terrenas diuitias intrepide ſe xp̄i ſpō
ſam fatebat̄. Qd̊ audiēs Fabriciꝰ. ⁊
vt ꝟba nō ꝓtrahamꝰ furore ſuccēſus
in cathaſtā. id ē doliū feruētꝭ olei miſ
ſa ē. Ipaqʒ adiutorio xp̄i illeſa māſit
ac ſi balſamo vngeret̄. Mlti aūt pa
ganoꝝ videntes h̊ miraculū intra ſe
ad xp̄m ꝯuertunt̄. Fabriciꝰ ꝟo credēſ
h̊ magicꝭ artibꝫ fieri. ipam ī carcereʒ
recluſit. ix. diebꝫ abſqʒ ciboꝝ alimētꝭ
q̄ tn̄ nutrita ē a ſctis angelꝭ. Cū aūt ꝓ
duceret̄ ad tribunal pulcrior q̄ʒ vnq̄ʒ
fuit apparuit. Cūctiqʒ mirabant̄ ꝙ
tot diebꝫ abſqʒ cibo tā formoſa vide
ret̄. Fabriciꝰ ait. Niſi deos adorauerꝭ
p̄ntes penas eculei nō euades Doro
thea r̄ndit. Deū veꝝ adorabo ⁊ non
demonē. Dij em̄ tui demōes ſunt. Et
ꝓſtrata ī terrā eleuatiſqʒ oculꝭ ſuis in
celū orauit ad dn̄m vt oñderet potē
tiā ſuā ꝙ ipe eſſet ſolꝰ deꝰ ⁊ nō aliꝰ p̄ter
eū. Erexerat aūt Fabriciꝰ colūnā ⁊ de
ſup ydolū vt ſctā Dorothea illd̊ ado
raret. Et ecce mltitudo angeloꝝ cuʒ

# De ſancta Dorothea

ĩpetu venĩes corrupit tẽplũ. [illegible]ec/
pticā colũne inueniret. [illegible]ut vo/
ces demonũ p aera vol[illegible] ꝛ claman
tiũ. Dorothea cur n[illegible]s infeſtas ſic et
deuaſtas. Et mlta milia paganorum
manifeſte ad deũ ↄuertunt. q etiã pal
mã martyrij igreſſi ſunt. Ipſa aũt in
eculeo ſuſpẽſa pedibꝫ eleuat vnc cor
pus lacerat. ꝟgis caſtigat. ꝛ flagellis
flagellat/ Deĩde ad mãmillas virgi/
nales face ardẽtes applicate ſt. et ipa
ſemimortua ĩ carcerẽ vſqꝫ ĩ craſtinũ
recluſa ẽ/ De mãe ꝟo pducta nulla le
ſio nulla macā appuit. de q ĩpe pſes
admirabat. Et dixit ei. Adhuc reũte
re o amena puella. ſat iã caſtigata eſ
Et miſit eã ad duas ſorores ſuas cri
ſten ꝛ caliſten q metu mort a xpo re/
ceſſerũt. vt ĩpe dorotheã ſororẽ ſuam
ſi pħaſ eẽt a xpo euelleret/ Dorothea
aũt lenit alloqns pdictas ſcꝫ ſorores
ſuas auferẽs ab eis cecitatem cordis
eas ad xpm ↄuertit/ Qð audiẽs fa/
bricius furore ſuccẽſus. miſit ambas ſo
rores dorſo ad dorſum ligari. iuſſitqꝫ
eas ĩ ignẽ pijci ꝛ cremari. Et dixit do
rothee. Quouſqꝫ malefica nos ptra/
his. aut ſacrifica dijs nr̃is vt viuas.
aut ſnĩa capitali plecteris/ Illa leto
vultu rñdit. Quicqd vis paſſura ſũ
p dño meo xpo ꝛ ſpõſo meo. ĩ cuius hor
to deliciaꝝ roſas cũ pomis colligã et
letabor cũ ĩpo in etnũ/ Audiens h ty
rãnus in ſeipo frẽduit. pcepitqꝫ vt pul/
cerrima facies eius baculꝫ ꝛ fuſtibꝫ cede
ret. Cũ aũt intãtũ pcuſſa fuit vt tor/
tores fatigarent. ꝛ ꝙ nec veſtigia faciei
apparerent reſuata ẽ in craſtinũ/ De
mane ꝟo pducit illeſa a ſaluatore no
ſtro curata/ ꝛ capitali ſnĩa iudicatur.

[illegible] ex muꝝ ducit vidẽs eã Theo
philus pthonotarius regni illius dixit ei il
luſorie. Quo ducer modo dorothea
Rñdit. ad viridariũ ſpõſi mei. At il
le. Nob mitte de roſis q creſcũt ĩ viri/
dario illo. Qð illa pmiſit Cũ aũt ad
locũ decollatõis veniſſꝫ. rogauit dñꝫ
p oibꝫ q ad honorẽ ſui nois mẽoriaꝫ
ſue paſſiõis pagerẽt vt ab oibꝫ tribu
latõibꝫ ſaluarent. ꝛ pcipue a ꝟecũdia
pauptat ꝛ a falſo crimĩe cuſtodirent
ꝛ ĩ fine vite ſue ↄtritõeꝫ remiſſionẽqꝫ
oĩm pctõꝝ obtineret/ Mlieres pari
entes nomẽ eius ĩuocãtes celerẽ ĩ dolo/
ribꝫ ſuis ſentirẽt pfectũ. Et ecce vox
de celo audita ẽ. Veni electa mea. ve
ni ſpõſa mea. veni dilecta mea oĩa q
petiſti ĩpetraſti. ꝛ p qbꝫ oras ſalui erũt
Inclinata aũt ad ictũ ſpiclatoris ap
paruit puer purpura ĩdutus. diſcalcia
tus. criſpo crine. ĩ mãu ſua ferẽs ſpor/
tã cũ tribꝫ roſis ꝛ tot malis. Cui do/
rothea Obſecro te mi dñe feras eas
theophilo ſcribe. ꝛ decollata ẽ. ꝛ ꝑexit
ad xpm octauo ydus februarij. The
ophilus ꝟo erat ſcribẽs ĩ palacio. Et ec
ce puer vnus apparuit ei pulcerrimus
portãs ſportã cũ roſis ꝛ pomis ĩ ma/
nibꝫ ibidẽ dicẽs. Has roſas cũ po/
mis miſit tibi ſoror mea dorothea de
viridario ſpõſi ſui. Puer ꝟo ſtatĩ di/
ſparuit. Theophilus h vidẽs lraꝫ quã
ſcribebat iactabat ĩ terrã. ꝛ dimiſſis
manibꝫ velut amẽs effectus vnũ deum
ihm xpm filiũ dei viui ↄfeſſus publi/
ce pclamauit. laudãdo ꝛ glorificãdo
ſpõſuꝫ dorothee. q mẽſe februario cũ
mag frigora terrã ↄgelãt nec aliq vir
gũcule frondibꝫ veſtiunt roſas ꝛ po/
ma qbꝫ vult mittere pt. cuius nomẽ in

eternū ſit bn̄dictū. Et ipi⁹ affirmati/
one ꝛ p̄dicatōe fere tota terra [illegible]
ꝯuertit̄. Ex odore nāq; roſaꝝ multi de/
biles. īfirmi paralitici ꝛ leproſi ſunt cu/
rati. Uidēs h̄ tyrān⁹ theophilū ſcri/
bā plīmis tormēt ꝛ tormētoꝝ gene/
rib⁹ afflixit. q̇b⁹ ꝛ btāʒ dorotheā cru/
ciauit. Ultio ꝟo ī mīmas ꝑticlas ſuc/
cidi ipm̄ p̄cepit ꝛ volatilib⁹ ad man/
ducādū ꝓiecit. Theophil⁹ ꝟo ꝑmit⁹
ſacro baptiſmate myſticoq; corꝑe et
ſanguie xp̄i cōicat⁹ eſt. ꝛ ſic ꝑrexit ad
xp̄m. Cui ſit honor ꝛ glīa.

In cathedra ſancti Petri.
Sermo. xxvj.

Xaltent eū in eccl'ia pleb. ꝛ in cathe/
dra ſenioꝝ laudēt eū. p̄s.
cvj. Iſta ꝟba p̄nt expōi d̄ ſctō petro q̄
legit̄ cathedra honorat⁹. Cū ei btūſ
petr⁹ anthiochie p̄dicaret. Theophi/
l⁹ ꝑnceps ciuitat eū ī carcerauit. ꝛ ſi/
ne cib⁹ ꝛ potu ꝑmiſit eū eē. Cūq; pene
d̄ficeret ait. Dn̄e ihū xp̄e miſeroꝝ ad/
iutor. adiuua me ī iſt tribulatiōib⁹
deficiētē. Cui dn̄s. Petre ne putes te
derelictū p̄ſto ſum tibi ſubuenire. Au/
diēs aūt btūs paul⁹ de icarceratōe be/
ati petri ad theophilū venit dicēs ſe
eē artificē ī pictur ꝛ tabul' ſculpēdis.
ꝛ ī cēteroꝛijs faciēdis. Qui a theophi/
lo rogat' vt ī eius curia ſecū maneret.
Quadā ꝟo die paul⁹ ad petꝝ ſecrete
ad carcerē introiuit. ꝛ īueniēs eū pene
mortuū amariſſime fleuit ꝛ dixit. O
petre frat' mi glīa mea. gaudiū meuʒ
dimidiū aīe mee meo interuētu reſu/
me vires. Tūc petr⁹ apiens oculos ꝛ
eū cognoſcēs lacrimare cepit. ſʒ loq̄ nō
potuit. Et currēs paul⁹ ꝛ cibū afferet [illegible]
[illegible]i⁹ apiens ipʒ refocillauit. Et cū
ad [illegible]ſus fuiſſet petr⁹ in oſcl'a mu/
tuo co[illegible]ābo plīmū fleuert. pau/
l⁹ āt occl'te re[illegible]ēs ad theophilū dixit
O theophile mag̃ ē glīa tua. ſʒ vnū
dehoneſtat te. ſcʒ q̇ illū paupeꝝ ī car/
cere affligi q̄ tibi n̄ nocuit ſʒ mltū vti/
lis tibi eē potuit. nā ſic de illo hoīes q̄/
dā aiūt. īfirmos ſanat. mortuos ſu/
ſcitat. Cui ille. Fabuloſa ſt̄ illa paule
q̄ tu dic. q2 ſi mortuos ſuſcitare poſ/
ſet ſeipʒ de carcere libaret. Cui paul⁹
Sic xp̄s mgr̄ ſu⁹ de cruce deſcēdere no/
luit cū potuiſſʒ. ſic ipe pat' ep̄ eo mor/
tē ſuſtinere. Cui ille Fac ḡ vt reſuſcitʒ
filiū meū p. xiiij. ānos mortuū. ꝛ cre/
dā illi. Ingrediēs ḡ paul⁹ dixit quō
reſuſcitatōʒ filij ꝑncipis ſpopōdiſſet
Cui petr⁹. Rē ḡndē paule ꝓmiſiſti. ſʒ
dn̄i ꝟtute facillimā. Educt⁹ ḡ de car/
cere ꝛ monmēto apto deū orauit ꝛ ille
reſurrexit. tūc theophil⁹ ꝛ tota ciuitaſ
crediderūt. ꝛ glioſaʒ eccl'iā edificauerūt
ī cui⁹ medio collocauerūt cathedrā et
btm̄ petꝝ ſup eā poſuerūt ꝛ exaltauerūt
Deīde pābulauit totā ꝓuinciā illā ꝛ
p̄dicauit ꝟbū dei. Medio āt tp̄e vēit
ſymō mag⁹ anthiochiā ꝛ pplm̄ ſbuer/
tit ꝛ a fide xp̄i traxit. Qd̄ audiēs Pe/
tr⁹ reūſus ē in anthiochiā. Qui audi/
entes eū redire oēs nudi pedib⁹ ꝛ cili/
cijs induti ei occurrerūt penitētes q2
ſymoni mago crediderūt. Et obtule/
rūt ei lāguidos ꝛ obſeſſos. Cūq; ſup
eos petr⁹ nomē dn̄i īuocaſſet īmēſuʒ
lumē ibidē apparuit ꝛ oēs ſanati ſt̄ ꝛ
currētes oſculabant' veſtigia pedū ei⁹
Tūc īfra ſeptē dies pl⁹ q; decē milia
baptiſati ſunt. Theophil⁹ ꝟo domū

ſuā in baſilicā ɔſecrari fecit ⁊ ibidē [redacted]
